

ΠΝΕΥΜΑ ΣΟΦΙΑΣ EJUSQUE ACTIO IN MUNDO IN LIBRO SAPIENTIAE

Quum πνεῦμα σοφίας a libro Sapientiae descriptum, diversimode ab exegetis, rationalismo imbutis, et a catholicis intelligatur, et inter catholicos quoque non una sit eademque sententia, liceat hic quamdam non omnino novam, sed magis argumentis demonstratam, explicationem proferre. (1).

Πνεῦμα in Sapientiae libro non univoce effertur, sed diversas significationes patitur, quarum catalogus hic praebetur, ut deinde in explicatione πνεύματος σοφίας longius et copiosius insistamus.

(1) *Nota bibliographica* — Studium exclusivum in πνεῦμα σοφίας in Sap. non existit, sed quaestionem reperies in commentariis et in studiis generalibus. Inter commentarios, ad rem nostram, utiliter consuli possunt: C.L.W. GRIMM, *Das Buch d. Weisheit* (in Kzgf. exeg. Hdb z. d. Apokriph. VI) Leipzig 1860; A. GOODRICK, *The Book of Wisdom* (Oxf. Church. Bibl. Comm.) London 1913; R. CORNELY, *Comment. in 1. Sap.* (Cursus SSS.) Parisii 1910; P. HEINISCH, *Das Buch d. Weish.* (in Exeg. Hdb z. AT, Band 24) Münster 1912; F. FELDMANN, *D. Buch d. Weisch.* (Heil. Schrift d. AT, Bonn Bibel, VI, 4) Bonn 1926; J. WEBER, *Le livre de la Sagesse* (in *La S. Bible PIROT-CLAMER*, tom. VI), Paris 1946. — Inter studia generalia memorantur: F. BÜCHSEL, *Der Geist Gottes in Neuen Testament*, Gütersloh 1926; M. HEINZE, *Die Lehre von Logos*, Oldenburg 1872; J. LEBRETON, *Histoire du dogme de la Trinité*, Paris 1928; H. LEISEGANG, *Der heilige Geist*, Leipzig 1919; F. RÜSCHE, *Pneuma, Seele und Geist*, Theol. u. Gl. 23 (1932) 600-625; F. RÜSCHE, *Das seelenpneuma. Seine Entwicklung von der Hauchseele zur Geistseele*, in *Stud. zur Gesch. und Kultur der Altertums*, 18 Band, 3 H, Paderborn 1933; G. VERBECKE, *L'évolution de la doctrine du pneuma du Stocisme à S. Augustin*, Paris-Louvain 1945; E. DE WITT BURTON, *Spirit, Soul and Flesh*, Chicago 1918; C. ARMERDING, *The Holy Spirit in OT*, Bess. 92 (1935) 277-91; 433-441; QALL, *Der Geist Gottes und die verwandten Erscheinungen im AT*, Tübingen 1910; J. HEHN, *Zum Problem des Geistes im A. Orient und im AT.*, *Zaw.* 43 (1925) 210-225; NÖSGEN K.F., *Das Wesen und Wirken des hl. Geistes*, Berlin 1905-7; J. BUCHANAN, *The office and worke of the Holy Spirit*, Edinburgh 1847. K. LECHLER, *Die biblische Lehre von hl. Geistes*, Gütersloh 1899-1904, praeter illa studia quae in decursu articuli citabimus, praesertim quoad σοφίαν.

Πνεῦμα in Sap. idem est ac: a) ventus materialis: 5,11: πληγῇ δὲ ταρσῶν μαστιζόμενοι πν. κοῦφον; 13,2; adoratus ut Deus a Gentibus, in contextu cum aliis elementis physicis; 17,17: πνεῦμα συρίζον in nemore.

b) magna et facilis potentia Dei, quae impios punit ac delet: 5,23: πνεῦμα δυνάμεως; 11,20a: ἐνὶ πνεύματι; 20c: ὑπὸ πνεύματος δυνάμεως σοῦ. (2).

c) anima hominis, ut principium vitale, et, hoc sensu, synonymum est cum ψυχῇ ut ex parellelismo confirmari potest: in 2, 3 est falsa conceptio epicurea de anima post mortem: τὸ πνεῦμα διαχυθήσεται ὡς καῦνος ἀήρ; 5,3: καὶ διὰ στενοχωρίαν πνεύματος στενάζοντες, et clarius in 15,10s.: ψυχὴν, ἐνέργουσαν... πνεῦμα ζωτικόν; 16,14: ἐξελθὼν δὲ πνεῦμα οὐκ ἀναστρέφει οὐδὲ ἀναλύει ψυχὴν παραλημφθεῖσαν; homo est, in 15,16,: τὸ πνεῦμα δεδανεισμένος. (3).

d) classis specialis spirituum violentium: 7, 20: πνευμάτων βίας; qui sint hi spiritus, communior interpretatio intelligit: spiritus daemonicos, daemones; “toto contextu considerato, auctorem violentiam potissimum, quo daemones in homines saeviunt, denotare dicimus; id enim vox βίαι suadet, quae plerumque i.q. violentia valet et nexum cum praecedenti membro confirmat”. (4).

(2) Eadem idea ac expressio est in Is. 11,4: ἐν πνεύματι διὰ χειλέων; Job 4,9: “vidi (Eliphaz) eos qui operantur iniquitatem... flante Deo perisse et spiritu irae eius esse consumptos”... ἀπὸ προστάγματος κυρίου ἀπολοῦνται ἀπὸ δὲ πνεύματος ὀργῆς αὐτοῦ ἀφανισθήσονται.

(3) Sunt qui πνεῦμα ζωτικόν 15,11 demonstrare dependentiam Sap. a stoicis etiam in psychologia conentur; sed, ut bene notat VERBECKE, Stoici numquam loquuntur de πνεῦμα ζωτικόν; primus qui distinctionem fecit inter πνεῦμα ζωτικόν et πνεῦμα ψυχικόν fuit medicus Erasistrates, saec. 3 a. C.; non est impossibile, addit VERBECKE, expressionem qua talem derivare ab Erasistrate, cuius schola in honore fuit Alexandriae; sed sensus profundus omnino dependet a traditione biblica; in Gen., enim, 2,7 Deus ἐνεφύσησεν εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ (Adam) πνοὴν ζωὴν; item πνεῦμα individuum, apud Stoicos est pars πνεύματος universalis, τοῦ κόσμου, dum, iuxta Sap., secundum traditionem biblicam, πνεῦμα et ψυχῇ, quae sunt synonyma, est omnino opus Dei (τὸν πλάσαντα αὐτόν) et praecise inspiratur in corpore; ἐμπνεύσαντα, ἐμφυσήσαντα et datur homini ad tempus, in mutuum (δεδανεισμένος).

(4) CORNELV, *Comm in Librum Sap.*, 275; ita WEBER, GOODRICK, S. HOLMES, HEINISCH; quoad hanc ideam cfr. JOS. FLAVIUM, *Antiquit.* 8,2,1-15; *Pesahim*, 4,9. Alii vero interpretes (GUTBERLET, GRIMM, SIEGFRIED, DEANE) intelligunt “Spiritum vires humanarum et suprahumanarum”; GREGG: “violentiam ventus”, ut Vg. 4,4.

e) *demum* πνεῦμα est vel πνεῦμα κυρίου, vel πνεῦμα σοφίας, ἅγιον πνεῦμα, πνεῦμα παιδείας: 1,7: πν. κυρίου; sic: 12,1; 9,17b: ἅγιόν σου πνεῦμα; 1,5: πν. παιδείας; 1,6; 7,7; 7,22.23 et 9,17a, ob parallelismum, πνεῦμα σοφίας.

De hoc πνεύματος inquirimus in hoc articulo: quis sit et quid sit; scilicet: utrum concipiatur ut aliqua Persona distincta in Deo, an solum symbolum cujusdam activitatis Dei in mundo, et qua natura gaudeat; *demum* quaestionem faciemus de fonte, ex quo auctor doctrinam de πνεῦμα hauserit.

ACTIVITAS COSMICA

Antequam systematice mentem nostri auctoris de hac quaestione exponam, examinandos esse censeo omnes locos qui explicationem philosophicam innuunt.

Praeprimis nobis occurrit textus 1, 7:

Ὅτι πνεῦμα κυρίου πεπλήρωκεν τὴν οἰκουμένην καὶ τὸ συνέχον τὰ πάντα γινῶσιν ἔχει φωνῆς.

Critice, textus unam tantum habet variantem in codd. A et 157 qui, loco πεπλήρωκεν, praebent aoristum ἐπλήρωσεν.

Hic versus connectitur cum versibus praecedentibus, in quibus sermo est de aliquibus obstaculis ad σοφίαν adipiscendam, quae proveniunt ex σχολιοῖς λογισμοῖς (v. 3) et ex κακοτέχνου ψυχῆς (v. 4) quorum affirmatur, in nostro versu, plena cognitio ex parte Dei: γινῶσιν ἔχει φωνῆς; cfr. quoque v. 6 qui expressius hanc plenam cognitionem Dei de vel intimis cogitationibus humanis declarat: φιλόανθρωπον γὰρ πνεῦμα σοφία καὶ οὐκ ἀθρόωσει βλάσφημον ἀπὸ χειλέων αὐτοῦ ὅτι τῶν νεφρῶν αὐτοῦ μάρτυς ὁ θεὸς καὶ τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐπίσκοπος ἀληθείας καὶ τῆς γλώσσης ἀκουστής.

Ex contextu, igitur, noster locus effert plenam omniscientiam πνεύματος κυρίου quae sese extendit usque ad intima hominum γογγυσμά, innixam aliquo principio physico, vel potius, metaphysico (πεπλήρωκεν τὴν οἰκουμένην et συνέχον τὰ πάντα) quod postea statim fusius evolvemus.

Omissa, modo, explicatione πνεῦμα κυρίου videamus ejus actionem: πεπλήρωκεν τὴν οἰκουμένην. Verbum πληροῦν in perfecto non indicat actionem transactam ut jam transactam, sed, ut est natura perfecti graeci, actionem quae olim esse coepit et nunc durat vel

adhuc ut actio, vel saltem ut effectus; (5) “quare — ait recte Cornely — pro presente hic usurpatum dici potest.... atque idem est quod “completum tenet”. In codd. A et 157 qui legunt aoristum ἐπλήρωσεν efferuntur, e contra, modus et aspectus punctuales actionis, quae olim initium habuit et non habet nunc effectus stabiles; nisi conspicias hic quemdam aoristum gnomicum, possibilem in tali expressione axiomatica. Majorem attentionem hoc verbum excitat quoad lexicum: πληροῦν enim, apud philosophos hellenicis, quum ad πνεῦμα vel ad θεόν refertur, saepe saepius illorum immanentiam in mundo, pantheismum et panentheismum, designat; saepe enim hoc sensu invenitur in Philone et maxime apud Stoicos. (6).

Hoc verbum etiam in aliis locis S. Scripturae invenitur Deo attributum quum ejus omnipraesentia effertur et vertit hebraicum **כָּלֵם**: τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν ἐγὼ πληρῶ (Jerem. 13,94); πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ (Is. 6,5), quae δόξα, hebr. כְּבוֹד certe intelligenda est de pondere Dei (cfr. כְּבוֹד) quod externe manifestatur, seu de ejus potentia, majestate, quae cernuntur in aliquibus mirabilibus

(5) Cfr. inter grammaticos M. ZERWICK, *Graecitas Biblica...* Romae 1949.65; G. B. WINER, *Grammatik des neutest. Sprachidioms*, Leipzig 1867, 256; TH. BEELEN, *Grammatica graecitatis N.T.*, Lovanii 1857, 290; BLASS-DEBRUNNER, *Grammatik des Neutest. Griechisches*, Göttingen 1931, prg. 342, juxta quem perfectum designat “Nachwirkung am Object”; cf. FICHTNER, 12; initium huius actionis adfuit certe in creatione; cf. HEINISCH, 17, et FELDMANN, 27.

(6) Quoad PHILONEM, cf. *Leges alleg.* 3,2: πάντα πεπλήρωκεν ὁ θεὸς καὶ διὰ πάντων διελήλυθεν καὶ κενὸν οὐδὲν, οὐδὲ ἔρημον ἀπολέλοιπεν ἑαυτοῦ. *De confus. linguar.* 27: ὑπὸ δὲ τοῦ θεοῦ πεπλήρωται τὰ πάντα περιέχοντος, οὐ περιεχομένου ὅτι πανταχοῦ... συμβέβηκεν εἶναι μόνω... ὅτι τὰς δυνάμεις αὐτοῦ διὰ γῆς καὶ ὕδατος, ἀερός τε καὶ οὐρανοῦ τείνας μέρος οὐ δὲν ἔρημον ἀπολέλοιπε τοῦ κόσμου; *De vita Mos.* 3,32: ὁ πάντα διὰ πάντων πεπληρωκὸς τῆς εὐεργετιδος ἑαυτοῦ δυνάμειος. In hac quaestione Philo pendet omnino a Stoicis, quibus θεός, qui et πνεῦμα, et λόγος et πῦρ et πρόνοια est, mundo prorsus immanet, cf. e.g. SALVIANUM, *De gubern. Dei* 1,3: “Stoici eum (Deum) gubernatoris vice inter id quod regat semper manere testantur”; CLEMENS ALEX., *Cohort. ad gentes* 58 (ed. POTTER), PG. 8,169: οὐ δὲ μὴν τοὺς τῆς Στοᾶς παρελεύομαι, διὰ πάσης ὕλης καὶ διὰ τῆς ἀτιμοτάτης τὸ θεῖον διήκειν λέγοντας; vide etiam Strom, V,14, 699; I,346 (ed. POTTER), PG. 9,129;8,748: SEXTUM EMP., *Pyrrhon. hypotip.* 3, 218:”... Στωικοὶ δὲ πνεῦμα (τὸν θεόν) διήκον καὶ διὰ τῶν εἰδεχθῶν; TERTULIANUM, *ad Nat.* 2,4, PL. 1,663: “ecce enim Zeno quoque materiam mundialem a deo separat et eum per illam tamquam mel per favos transisse dicit”; TERTULIANUS, *adv. Hermog.* 48, PL. 2,260; EPIPHANIUM, *adv. Haereses* 3,36 PG. 41,202s.: Ζήνον... ἔλεγε δὲ πάντα διήκειν τὸ θεῖον; CICERONEM, *De natura Deorum* 1,37; THEOPHILUM, *ad Autolyicum* 24, PG. 6,1052: ἄλλα [Stoici] δ’αὐτὸ δι’ ὅλου κενωρηκὸς πνεῦμα θεὸν δογματίζουσι.

manifestationibus divinis et, modo minus manifesto, in generali vita κόσμου, quae a Deo omnino pendet; possumus ergo hunc locum interpretari de omnipraesentia actionis Dei et, secundo, de omnipraesentia illius ipsius essentiae.

Locus revera classicus de omnipraesentia Dei est Ps. 138 (139) 1 - 13, cui consonant etiam Ps. 32 (33) 6 de actione spiritus Dei: τῷ λόγῳ τοῦ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν; 3 Rg 8,27; Is. 40,12, etc.; σοφία in Sir 24,3 tegit ut nebula totam terram: ὡς ὁμίχλη κατεκάλυφα γῆν; jure concludit Sir 43,27: τὸ πᾶν ἐστὶν αὐτός. Sensus hujus affirmationis, ut bene scribit Spicq "doit être, dans ce contexte, que toute la création dans son ensemble et dans ses moindres détails ne s'explique que par Dieu, qui en est la source et le soutien permanent; si bien que la contemplation des choses créées révèle les perfections divines". (7) Utrum Auctor Sap. verbum πληροῦν sumat sensu stoico de immanentia divina in mundo, an sequatur traditionem biblicam strictam, pendet ab explicatione τοῦ πνεύματος, de quo fusius infra.

Sub voce οἰκουμένη Heinisch (8) intelligit praecipue homines, ex sensu ejusdem vocis (οἰκέω) et ex locis parallelis 9,2,10, 1 ss. quibus in locis formaliter Sapientia dicitur permeare actiones hominis, singulosque viventes gubernare, eos ducens inter tot tantaque pericula quibus occurrere possunt. Non negamus actionem πνεύματος κυρίου praesertim ad homines referre sese malle; sed in hoc loco certe haec vox sumi debet sensu physico pro terra, sic et simpliciter (9), tum ex usu hujus vocis, jam apud LXX, qui

(7) *L'Ecclésiastique*, in: *La S. Bible*, L. PIROT-CLAMER, Paris 1946, tom. VI, 798.

(8) *Das Buch der Weisheit*, 17.

(9) Certe, initio, hoc vocabulum designabat habitantes solius imperii romani; cf. POLYBIUM 6,50,6; Ῥωμαῖοι... ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ πᾶσαν ὑφ' ἑαυτοῦς ἐποίησαντο τὴν οἰκουμένην; sic etiam in inscriptionibus et in papyris, Imperatores Romani salutabantur σωτήρες, εὐεργέται, δεσπότες, ἐλπίς [πάσης] τῆς οἰκουμένης: cf. W. DITTENBERGER, *Orientis Graeci Inscriptiones selectae*, Lipsiae 666,3; 668,5; F. PREISIGKE, *Sammelbuch Griechischer Urkunden aus Aegypten*, Strasburg u. Berlin 1915-1927, 176,2; W. DITTENBERGER, *Sylloge Inscriptionum Graecarum*, Lipsiae 1915-1924, 906 A 3s.; B. P. GRENEELL-A. S. HUNT-H. L. BELL, *The Oxyrhynchus Papyri*, London 1898-1927, vol. VII (ed. ab A. S. HUNT), 1021, 5ss; *Papiri greci e latini. Pubblicazioni della Società italiana per la ricerca dei papiri greci in Egitto*, Firenze 1912-1932, V, 544,7: de Ptolemaeo II vel III: σοῦ τῆς οἰκουμένης πάσης βασιλεύοντος.— Quoad, vero, sensum generaliore "terrae" cf. ST. LOSCH, *Epistula Claudiana. Der neu entdeckte Brief des Kaisers Claudius vom Jahre 41 nach Christus und das Urchristentum*, Rottemburg 1930.

vertunt hebr. תכל vel ארץ ut in Ps. 23,1 et 71,8 etc. et deinde in tota graecitate hellenistica (in Polybio, Herodiano, Luciano etc.; in Novo Testamento: Luc. 2,1; Act. 11,28; 24,5 (tamen in Act. 17,6; 19, 27: habitatores terrae); tum ex parallelismo cum stycho sequenti συνέχον τὰ πάντα ubi certe πάντα indicat totalitatem rerum creatarum, et ex comparatione cum 7,24 et 8,1. Πνεῦμα ergo κυρίου dicitur replere, implere, ideo permeare, mundum physicum.

Alia actio in κόσμον refertur in 1,7b: τὸ συνέχον τὰ πάντα γνῶσιν ἔχει φωνῆς.

Haec ultima expressio, ut jam diximus significat omnipraescientiam vel omniscientiam Dei et est deductio ex actione πνεύματος κυρίου, πεπληροκότος et συνέχοντος mundum physicum et statuit hoc principium metaphysicum in contextu 1,3 — 11. Τὰ πάντα “bezeichnet das Weltall, als deren Mittelpunkt man sich die Erde dachte”. (10)

Majorem difficultatem praebet usus et sensus verbi συνέχον, quod nos inducere videtur ad influxum philosophiae hellenicae. Verbum enim συνέχειν adhibetur a philosophis graecis ad designandam actionem vel θεοῦ, vel πνεύματος, vel λόγου qua isti cohaerentiam seu cohaesionem mundo physico praebent (11). Materia, enim, existere nequit absque actione alicuius principii activi, quod inseparabile

(10) HEINISCH, *Das Buch der Weisheit*, 17.

(11) Juxta GALENUM, in opere περὶ πλήθους 3,7,526 K (cf. VON ARNIM, *Vet. Stoic. Fragm.*, II, 144,25ss) Stoici in mundo physico duo principia distinguebant: πνευματικὴν et ὑλικὴν οὐσίαν: τὴν μὴν γὰρ πνευματικὴν οὐσίαν τὸ συνέχον, τὴν δὲ ὑλικὴν τὸ συνεχόμενον; eadem conceptio apud ALEXANDRUM APHROD. in *De anima libri mant.* 131,5: τὸ δὲ ὅλον ἀποκορίας ἔχει πολλὰς ἢ περὶ τῆς τονικῆς κινήσεως δόξα πρῶτον μὲν γὰρ ὁμοειδὲς τι ὄν αὐτὸ ἑαυτὸ κινήσει, ὃ ἀδύνατον δείκνυται προχειριζομένοις τὰς καθέκαστα κινήσεις. ἔπειτα εἴπερ ἓν τι συνέχει τὸν τε σύνολον κόσμον ἅμα τοῖς ἐν αὐτῷ καὶ καθ' ἕκαστον τῶν ἐπὶ μέρους σωμάτων ἐστὶ τι ὃ συνέχει πῶς οὐκ ἀναγκαῖον τοῦτον ἅμα τὰς ἐναντίας κινεῖσθαι κινήσεις. (cf. V. ARNIM, II, 147,31ss); CICERO, in *Nat. Deorum*, I, 15,39, de Chrysippo scribit: “ait enim vim divinam in ratione esse positam, et in universae naturae animo atque mente, ipsumque mundum deum dicit esse et eius animi fusionem universam, tum eius ipsius principatum, qui in mente et ratione versetur, communemque rerum naturam universitatemque omnia continentem, tum fatalem vim et necessitatem rerum futurarum, ignem praeterea et eum, quem ante dixi, aethera, tum ea quae natura fluerent atque manarent, ut est aquam et terram et aera, solem et lunam, sidera universitatemque rerum quae omnia continentur, atque etiam homines eos, qui immortalitatem essent consecuti”. Theoria haec de κόσμου συνόλου et συνεχόμενου ab aliquo principio συνέχοντος, non est propria ipsis Stoicis, sed est valde antiqua in philosophia

est a materia, si habere velimus aliquod objectum concretum; materia enim absque principio activo disperditur in infinita spatia et non est nisi abstractio. Existit in concreto quum accipit qualitatem seu formam a principio activo, quod non solum impedit quin materia disperdatur, sed eam comprimit in unicum centrum, ita ut nullum vacuum remaneat in ipso. Εἰ γὰρ — ait Plutarchus, in *De Stoicorum Repugn.* 44 — αὐτός γε νεύειν ἐπὶ τὸ αὐτοῦ μέσον αἰεὶ πέφυκε καὶ τὰ μέρη πρὸς τοῦτο κατατείνειν πανταχόθεν, ὅποι ποτ' ἂν τοῦ κενοῦ μετατεθῆ, συνέχων ἑαυτὸν οὕτω καὶ περιστέλλων, ἄφθαρτος καὶ ἄθροπτος διαμενεῖ.”

Ita materia efformat vere quid unicum et totum (συνόλον) et quidem totum continuum (συνεχές); “ἐν δὲ τῷ κόσμῳ (ait Diogenes Laert., referens ideas stoicas, in libro 7, 140) μηδὲν εἶναι κενόν, ἀλλ' ἠνωσθαι αὐτὸν” ita ut inter coelestia et terrestria regna effulgeat perfecta σύμπνοια καὶ συντονία, neque quid adsit a ceteris distinctum, sed omne vivens cum ceteris omnibus pervinciatur. Mundum esse igitur aliquid continuum (ἠνωμένον) affirmat Alexander Aphrod. (in *De Mixt.* 142, a) utpote pervasum permeatumque unica qualitate seu forma, quod est principium activum et ex hac continuitate evenire inter omnes res Universi omnimoda συμπάθεια, “tanta rerum consentiens, conspirans, continuata cognatio” (Cicero, *De Nat. Deorum.* II 7,19). Adest etiam in mundo stricta unio non solum inter existentes, sed et inter vitam praesentem τοῦ κόσμου et vitam anteactam et futuram, inter causam et effectum, inter causam et suum finem (12), ita ut adsit causa universalis, qua status praesens determinetur a statu praecedenti (13); hoc modo Stoici

hellenica: cf. e. g. PHILOLAUM in *περὶ ψυχῆς* apud STOBÆUM, *Eclog* 1,20,2 (cf. DIELS, *Vorsokratiker* I,24716ss); PARMENIDEN, *περὶ φύσεως* fragm. 6 (DIELS, *Vors.* I, 119,3); 25 (DIELS, *Vors.* I, 120, 4); GORGIAM, *περὶ τοῦ μὴ ὄντος ἢ περὶ φύσεως* apud SEXTUM EMP. *Adv. Mathem.* VII, 73 (DIELS, *Vors.* II. 553,22,24); ANAXAGORAM, apud ARISTOTELEM, *Phys*, 3,4,203a19 (DIELS. *Vors.* I, 303,3); LEUCIPPUM et DEMOCRITUM, apud ARISTOTELEM, *De Coelo* 4,6,313 27 et 213b (DIELS, *Vors.* I, 348, 1,3); DEMOCRITUM, apud AETIUM III, 1,6 (DIELS, *Vors.* I, 368, 22); XENOPHONTEM, *Mem.* 4,3,13: ὁ τὸν ὅλον κόσμον συντάττον τε καὶ συνέχων; *Cyrop.* 8,7,22: θεοὺς..., οἳ καὶ τήνδε τῶν ὅλων τάξιν συνέχουσιν ἀκριβῆ καὶ ἀγήρατον καὶ ἀναμάρτητον; ARISTOTELEM, *De Mundo*, 6: ἡ τῶν ὅλων συνεκτικὴ αἰτία; PHILONEM, qui hos et stoicos sequitur, *Vita Mos* 3,31: ὁ ποιητὴς τῶν ὅλων, ὁ τοῦ κόσμου πατήρ, γῆν καὶ οὐρανόν, ὕδωρ τε καὶ ἀέρα καὶ ὅσα ἐκ τούτων ἐκάστου συνέχων καὶ διακρατῶν.

(12) ALEXANDER APHROD., *De Fato*, 25.

(13) ALEXANDER APHROD., *De Fato*, 25.

videntur satis confutare ideas Epicuri de deviatione fortuita (κλινάμην) atomorum ad explicandam libertatem intellectivam et moralem; et appellant istam causalitatem universalem: fatalitatem (πεπωμένη) et fatum (εἰμαρμένη) (14). Jure merito, quum in Universo totum concinnum aptumque sit et ordo in eo summus regnet, mundus ipse dici potest "ipse ordo": κόσμος (15).

"Gli Stoici esaltano questa potenza invincibile del destino, che, vincendo ogni resistenza e sostenendo ogni cedevolezza, guida il mondo nel tempo e conduce gli esseri ad un'unica meta (16): essa è nel loro linguaggio la legge comune che fa del mondo una città ben ordinata; è il principio dirigente che domina tutti gli esseri; è anche la ragione, che, disponendo le cose con ordine e misura, vi suscita la bellezza; è la Provvidenza che veglia alla conservazione degli esseri e li subordina tutti al fine supremo, che è essa stessa; è il principio di attività universale relativamente a cui tutto è passivo; è la qualità di cui gli esseri sono la materia; è l'anima di cui essi sono i corpi (17). Quindi è veramente Dio e non un dio particolare, come quello che le religioni pubbliche onorano, ma è la potenza divina universale, che secondo le opere che produce e il luogo dove si esercita può prendere diversi nomi, ma che è unica e sempre la stessa" (18).

Actio igitur πνεύματος in Sap. 1,7 consistit in permeatione sui in mundo physico et in cohaesione (19) quam huic mundo, sua vi ac virtute, praebet. Quonam sensu praeciso sint interpretandae hae actiones, pendet a significatione τοῦ πνεύματος κυρίου, de quo infra.

(14) PLUTARCH., *De Stoic. Repugn.*, 47; 23; *Plac. Philos* I. 29; ALEX. APHROD., *De Fato*, 15; AUL. GELL., *Noct. Att.*, VI, 2.

(15) CORNUTUS, *Theol.*, 1.

(16) HIPPOL. *Philosoph. proemium*, 21 (DIELS, *Doxographi graeci*, 571).

(17) PHILOD. *De Pietate*, c. 11 (DIELS, *Dox. Gr.*, 545). Cf. CIC. *Nat. Deorum*, I, 15, 39; EUSEB., *Praep. Evang.*, XV, 15, 19 (DIELS, *Dox Gr.* 465).

(18) GUIDO MANCINI, *L'etica stoica da Zenone a Crisippo*, Padova 1940, 120s.; cf. ARISTOT., *Met.* XII, 7, 1072 b; SENECA, *Frag.*, 26; LACTANT., *Instit.*, I, 5, 26; STOB., *Ecl.*, I, 48.

(19) Cf. LATTANZI, *Il Primato universale di Cristo secondo le Scritture*, Roma 1937, 26: "il termine συνέχων deve essere preso nel suo senso filosofico essere causa di armonia e di coesione", non autem sensu "conservationis" ut autumat CORNELY (Comm. in 1. Sap., 57s) saltem quoad sensum primarium.

DOTES ΠΝΕΥΜΑΤΟΣ

Alius locus, quem ad nostram quaestionem maxima consideratione dignum censemus, est 7,22 — 8,1: Ἔστιν γὰρ ἐν αὐτῇ (20) πνεῦμα νοερόν, ἅγιον, μονογενές, πολυμερές, λεπτόν, εὐκίνητον, τρανόν, ἀμόλυντον, σαφές, ἀπήμαντον, φιλάγαθον, ὀξύ, ἀκώλυτον, εὐεργετικόν, φιλάνθρωπον, βέβαιον, ἀσφαλές, ἀμέριμνον, παντοδύναμον, πανεπίσκοπον καὶ διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων νοερῶν καθαρῶν λεπτοτάτων. Πάσης γὰρ κινήσεως κινητικώτερον σοφία, διήκει δὲ καὶ χωρεῖ διὰ πάντων διὰ τὴν καταρότητα. ἄτμις γὰρ ἐστὶν τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως καὶ ἀπόρροια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης, εἰλικρινής· διὰ τοῦτο οὐδὲν μεμιαμμένον, εἰς αὐτὴν παρεμπίπτει ἀπαύγασμα γὰρ ἐστὶν φωτὸς αἰδίου καὶ ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ. Μία δὲ οὔσα πάντα δύναται καὶ μένουσα ἐν αὐτῇ πάντα καινίζει καὶ κατὰ γενεάς εἰς ψυχὰς ὁσίας μεταβαίνουσα φίλους θεοῦ καὶ προφήτας κατασκευάζει. οὐθὲν γὰρ ἀγαπᾷ ὁ θεὸς εἰ μὴ τὸν σοφία συνοικοῦντα. ἔστιν γὰρ αὕτη εὐπρεπέστερα ἡλίου καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἀστρῶν θέσιν. φωτὶ συγκρινομένη εὐρίσκεται προτέρα· τοῦτο μὲν γὰρ διαδέχεται νύξ, σοφίας δὲ οὐ κατισχύει κακία. διατείνει δὲ ἀπὸ πέρας ἐπὶ πέρας εὐρώστως καὶ διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς.

Contextus hujus loci incipit a cap. 6, ex quo magnae extolluntur laudes σοφίας, cujus hic describitur natura: ἔστιν γὰρ ἐν αὐτῇ πνεῦμα νοερόν; et primum quidem dicitur esse σοφία aliquod πνεῦμα νοερόν: adjectivum omnino philosophicum (21) quo describitur intellectua-

(20) Lectio haec praebetur a plerisque codicibus (B n 23 et majori parte minusculorum) et ab omnibus versionibus, dum A cum quibusdam minusculis legit αὐτη vel αὐτή; editores, jure et merito, sive ob testimonium diplomaticum, sive ob lectionem difficiliorem, primam eligunt: ἐν αὐτῇ.

(21) Terminum νοερόν philosophi hellenici et maxime stoici adhibebant ad designanda illa entia, praedita facultate intelligendi, plus minusve emanantia ex anima mundi: v.g. de Deo: οἱ Στωικοὶ νοερόν θεὸν ἀποφαίνονται, πῦρ τεχνικόν, ὁδοῖ βραδίζων ἐπὶ γένεσιν κόσμου, ἐμπεριειληφός, πάντας τοὺς σπερματικούς, καθ' οὓς ἕκαστα καθ' εἰμαρμένην γίνεται (AET., I,7,33; cf. DIELS, *Dox. Gr.* 3051 a 156 14ss.); νοερόν θεὸν ἀποφαίνονται... καὶ πνεῦμα μὲν ἐνδιήκον δι' ὅλου τοῦ κόσμου (STOB., *Ecl.* VII, 127; V. ARNIM II, 112, 31); ὁ θεὸς πνεῦμα νοερόν τε καὶ αἰθερόν ait CHRISIPPUS (apud ALEX. APROD., *De Mixt.* 224, 32; cf. V. ARNIM, *Vet. Stoic. frag.*, II, 112, 31); cf. etiam PLUT., *Plac. Philosoph.* 6, 535; *De Comm. Not.* 48, 2, de Stoicis: τὸν θεὸν σῶμα νοερόν καὶ νοῦν ἐν ὕλῃ ποιοῦντες Stob., *Ecl.* 1,28 de POSIDONIO; quoad istam ideam de Deo νοερός apud Stoicos cf. ZELLER, *Philosophie d. Griechen*, III, 72. Concep-

litas πνεύματος σοφίας, ex ordine cogitationis et conceptus; νοερόν significat etiam "intelligentem", quum sese referat ad quandam facultatem subjecti, v.g. hominis, animae (22) etc; quum vero designat vel describit naturam subjecti, terminus hic designat ejus "intellectualitatem", scilicet naturam ejus esse "intellectionem" (23). Potest etiam indicare exinde naturam immaterialem, spiritualem, maxime in graecitate recentiore; unde, in suo Lexico, Cyrillus M. S. Brem. vertit: νοερόν πνευματικόν, ἄϋλον; Hesychius: νοερόν πνευματικόν, et subaddit: νοερόν μὲν ἔστιν τὸ νοοῦν (sic legit Gronovius loco νοῦν), νοητὸν δὲ τὸ νοούμενον, τροφή (forsan melius διαφέρει) δὲ τρόπον τινὰ τοῦ νοοῦντος τὸ νοούμενον. οὕτω μὲν οὖν κυρίως λέγονται δὲ καὶ ἀναλλάξ (legendum ἐναλλάξ) καταχρησικῶς. (24) Unde legitur in Proculo, H. Ven. 35: νοερός γάμος; "νοερός γάμος is est qui non inter corpora, sed intelligentias contrahitur, neque sensibus, sed mente percipitur. Hac ratione τὰ νοερά et τὰ ἀπόρρητα copulantur apud Procul., Theol. Plat. 8,17 et passim" (25). Philo quoque

tum hunc de Deo jam EMPEDOCLES affirmavit: οὗτος τὴν τοῦ παντός ἀρχὴν νεῖκος καὶ φιλίαν ἔφη καὶ τὸ τῆς μονάδος νοερόν πῦρ τὸν θεόν συνιστάναι ἐκ πυρός τὰ καὶ εἰς πῦρ ἀναλυθῆσθαι (HIPPOCRATES, *Philosoph.* 3,1; DIELS, *Dox. Gr.* 558,17; cf. etiam 4,2, *Dox.* 559,1); dicitur quoque de πνεύματος τοῦ θεοῦ in definitione οὐσίας τοῦ θεοῦ: πνεῦμα νοερόν καὶ πυρῶδες οὐκ ἔχον μὲν μορφήν (AET. *Plac.* I,6; DIELS, *Dox.* 292 a 23s.); denique refertur ad νοῦν in argumento intelligibilitatis mundi, data immanentia τοῦ θεοῦ in mundo: τοῖνον καὶ εἰ μὴ ἦν τις ἐν κόσμῳ νοῦς οὐδ' ἂν ἐν σοὶ τις ἦν νοῦς· ἔστι δὲ γε ἐν σοὶ τις νοῦς ἔστιν ἄρα καὶ ἐν κόσμῳ, διὰ τοῦτο νοερός ἐστὶν ὁ κόσμος, νοερός δὲ ὢν καὶ θεός καθέστηκεν (SEXTUS EMPED., *Adv. Mat.*, IX,98; cf. V. ARNIM II, 303,33s.) Est synonymus in PYTAGORA cum λογικός: τὸ μὲν ζωτικὸν περὶ τὴν καρδίαν, τὸ δὲ λογικὸν καὶ νοερόν περὶ τὴν κεφαλὴν (DIELS, *Dox.*, 391a 23s.). Sic (DIELS, *Dox.* 330a 5s) et in ARISTOTELE: Ἀριστοτέλης οὐτ' ἔμφυχον ὄλον δι' ὄλου οὐτε λογικὸν οὐτε νοερόν οὐτε προνοία διοικούμενον; cum φρόνιμος in ZENONE: Ζήνων τὸν ἡλίον φησὶ καὶ τὴν σελήνην καὶ τῶν ἄλλων ἀστέρων ἕκαστον εἶναι νοερόν καὶ φρόνιμον, πυρινόν < δέ > πυρὸν τεχνικόν (ARIUS DID., *Epith. Phys.* 33; DIELS *Dox.* 461, 3s.).

(22) Cf. PHIL., *De concup.* 10: ψυχὴ νοερά καὶ λογικὴ (hoc affirmat de: ψυχὴ αἰσθητικὴ).

(23) Cf. HERACLIT., fragm. 12: ψυχὰ ἀναθυμιάμεναι νοερά ἀεὶ γίνονται (DIELS, *Vors.*, I,64,10); ZENON, de κόσμῳ; ζῶν ἔμφυχον νοερόν τε καὶ λογικόν (V. ARNIM, II, 191,34s. etc.); PLAT., *Alcib.* 1,133c: ἔχομεν εἰπεῖν ὅ τι ἔστι τῆς ψυχῆς νοερώτερον (alii θειότερον) ἢ τοῦτο περὶ ὃ τὸ εἰδέναι καὶ φρονεῖν ἔστι cf. etiam TIM. LOC. 99e; NICANDR. *Al.* 556; anima in AET., *Plac.* IV,33 (DIELS, *Dox.* 338bl) est πνεῦμα νοερόν, et θερμόν.

(24) Cf. H. STEPHANUM, *Thesaurus Graecae Linguae*, Parisiis, 1848-1854, s.v.

(25) JACOBS, in H. STEPHANI *Thesaurus*, sub voce.

hoc sensu loquitur de Harran: ἴθι εἰς χάρακον νοερῶς, De Somm. 1,10; et Jamblicus, Myst. 1,21; Proculus, Inst., 139. Gregorius Naz. Angelos appellat: νοεραὶ φύσεις et Ps.-Dionysius: νοεραὶ δυνάμεις.

Quum sit quidem νοερόν ipsa intellectio, non manet tamen πνεῦμα σοφίας aliquis conceptus abstractus, sed induit etiam vestem ethicam et moralem, est ἅγιον sive ob suam originem internam (cfr. v. 25), sive ob characterem suae operationis (v. 27). Terminus hic est omnino biblicus (cfr. in ipsa Sap. 1,5; 9,17). (26).

Adjectivo μονογενές designatur unicitas essentiae πνεύματος σοφίας potius quam prioritas existentiae relate ad alia entia possible; ne sensus quidem hebraici ἕν (quod LXX vertunt μονογενής) hic effertur, nec sensus μονογενής in Joh. 1,14,18; 3,16,18; 1 Joh. 9; sensus verus designatur ex adjectivo sequenti πολυμερές et ex contextu cum v. 27 quo duo haec attributa iterum resumuntur et ulterius explicantur: μία δέ οὐσα explicat μονογενές, unicitatem essentiae; πάντα δύναται ... πάντα καινίζει explicat πολυμερές, quod quidem indicat aliquod multis partibus constans, in multis partibus divisum; unde Hesychius explicat πολυμερές εἰς πολλὰς μεριζόμενος (27); sed et aliquam essentiam quae sese multis modis manifestat vel explicat; cfr. πολυμερῶς in Hebr. 1,1; dicitur ergo heic πνεῦμα unicum in sua essentia esse (μονογενές), at plures effectus producere (πολυμερές). (28)

Majorem attentionem meretur adjectivum λεπτόν adhibitum ad designationem πνεύματος σοφίας essentiae. Λεπτός enim, proprie attribuitur alicui enti materiali, ejusque describit subtilitatem, nempe physicam (29). Saepe adhibetur ad designandum aliquod opus delicate compositum (30) vel, sensu malo, ad designandam constitu-

(26) Cf. tamen illud SENECAE, Epist. 41,2: "Sacer intra nos spiritus sedet, bonorum malorumque nostrorum observator et custos; hic prout a nobis tractatus est, ita nos ipse tractat". Pluries similiter adhibitum ἅγιος a POSIDONIO relate ad πνεῦμα conspeximus.

(27) Sic TIMAEUS 98 d: ὕδατος στοιχεῖον πολυμερέστατον: PLUTARCHUS, De Def. Orac.: τὰ ἐμβριθῆ καὶ πολυμερῆ; etc.

(28) Cf. ARISTOTELEM, Pol. 1311a 33: τῆς ὑβρεως οὐσης πολυμερῆς.

(29) Sic dicitur de κονίη in HOM., II. 23,506; κονίς, SOPHOCL., Ant. 256; τέφρα, ARISTOPH. Nub. 177; frequenter hoc sensu apud HIPPOCRATEN, v.g. διατρήσεις λ., HOM. 10 etc.

(30) Sic: ὀθόναι, εἴματα, ἰστός, φᾶρος, μύρινθος, ἀράχνια in HOMERO; πέπλον, EURIP., Med. 949; ἰμάτιον THUCID. 2,49 etc; λεπτὰ τὰ πφώραθεν ἔχειν, THUCID. 7,36.

tionem physicam hominis vel animalis macram et gracilem (31) vel impotentiam sive physicam sive moralem (32), ad designandum spatium exiguum (33). Sensu vero spirituali vel metaphorico λεπτός dicitur etiam de mente hominis ejusque operatione intellectuali (34). Sensus ergo adjectivi λεπτός etsi subtilitatem alicujus objecti designet, ordinario usu ad rem materialem refertur. Eundem sensum habet in usu philosophico.

Celeber est locus Anaxagorae, quo νοῦς definitur principium omnino rerum λεπτότατον τε πάντων χρημάτων καὶ καθαρότατον e quo Critici derivatum esse Sap. 7,24 censent. Acriter disputatur de sensu materiali an immateriali hujus λεπτός in Anaxagora; “ambigua voce utitur, quae erat sermonis philosophici tum temporis inopia et angustia. Nempe mens illa nihil cum materia commune habet” (35). Alibi certissime idem philosophus λεπτόν adhibet sensu materiali, cui opponit πυκνόν et παχύ (36), quum distinguit res sen-

(31) Cf. ARISTOPH., *Ecclesiastus* 539: ἐγὼ δὲ λεπτή κασθενής; ANTIPIH. 122,4: σοφιστῶν λεπτῶν ἀσίτων; THEOPHRAST., *Charact.* 26,5: λεπτῶν καὶ αὐχμῶν; HESIODUM, *Op.* 497: λεπτός χεῖρ; LXX, Gen. 41,3: λεπταῖς ταῖς σαρκί; ideo HESYCHIUS explicat: λεπτός· ἀσθενής, ἰσχνή vel ἀσθενές, ἀόρατον, ἀφανή.

(32) Cf. HOM., *Il.* 10,226 et 23,590 λεπτός μήτις; ARISTOPH., *Equites* 1244: λεπτός ἐλπίς; τὰ τῶν προβάτων λεπτά; HEROD. 8,137.

(33) HOM., *Odyss.* 6,264: εἰσθήμη; ALEM. 81: ἀταρπός; de exercitu: XENOPH., *Cyr.* 5,4,46: ἐπὶ λεπτόν τετάχθαι, cf. POLYB. 3, 115,6; PLUTARCH. 2,964c (ed. G. W. BERNARDAKIS, LIPS. 1888-96): οὔτε εὐρεῖαν οὔτε λεπτήν... ὁδόν.

(34) EURIPID., *Med.* 529: λεπτός νοῦς; ib. 1082: λεπτότεροι μῦθοι; ARISTOPH., *Nub.* 359: λεπτότατοι λῆροι; ARISTOPH., *Acharn.* 445: πυκνῆ... λεπτά μηχανᾶ φρενί; ARISTOPH., *Aves* 318: λεπτά λογιστά.

(35) RITTER-PRELLER, *Historia philosophiae graecae et romanae*, 2. ed., 1857.— P. LAGRANGE vero opinatur illam νοῦν esse mere materialem: “Il est difficile de prouver que le νοῦς d’Anaxagore ait été purement spirituel; le sens le plus probable de λεπτότατον n’est donc pas: “le plus subtil” dans le sens de la perspicacité intellectuelle, mais, “le plus subtil” dans l’ordre des choses matérielles, c’est-à-dire, le moins matériel, tandis que la Sagesse parle plutôt de qualités intellectuelles et morales de la Sagesse”, *RB.* 4 (1907)91. Locum ANAXAGORAE invenies in DIELS, *Vors.*, I,104. L. FERRI, e contra, defendit immaterialitatem νοῦς et dubitat de personalitate, cf. *La Filos.d. Scuole Ital.*, 1870,787.

(36) Τὸ μὲν μανόν καὶ λεπτόν θερμόν, τὸ δὲ πυκνόν καὶ παχύ ψυχρόν ὡσπερ Ἀναξαγόρας διαιρεῖ τὸν ἀέρα καὶ τὸν αἰθέρα (THEOPHR., *De sensibus* 59; DIELS, *Dox.* 516,5; *Vors.* I,307,14s.); καὶ ἐπὶ τῆς ἀσφρήσεως ὁμοίως ὄξειν μὲν γὰρ μᾶλλον τὸν λεπτόν ἀέρα, θερμαινόμενον μὲν γὰρ καὶ μανούμενον ὄξειν... σχεδὸν δὲ ὡς εἰπεῖν οὐκ αἰσθάνεσθαι τὰ μὲν μεγάλα τῆς λεπτῆς [ἀέρος], τὰ δὲ μικρὰ τῆς πυκνῆς (THEOPHR., *ib.*, 30; DIELS, *Dox.*, 507, 32s.-508,3s.).

sibiles (περὶ δὲ τῶν αἰσθητῶν) in μανόν et λεπτόν aliquas, πυκνόν et παχύ ceteras; inter res λεπτῶς recenset ἄέρ qui tenues odores refert, quum dicitur, idem ἄέρ, πυκνός quando densiores odores deducit; uterque ab animalibus sentiuntur (αἰσθάνεσθαι) sunt ergo materiales. Similiter λεπτός accipitur de rebus materialibus a Democrito (37); Leucippo (38); Anaximandro (39); Empedocle (40); Plato quoque λεπτόν adhibet relatam ad res sensibiles, ad τὸ πᾶν ἐν πορείᾳ (41); sic, eodem sensu, Aristoteles (42), Epicurus (43).

Stoici λεπτόν adhibuerunt ad designandam essentiam τῆς ψυχῆς, quae est utique materialis, sed gaudet materia subtiliore prae ceteris objectis; et hoc sufficiebat illis ad demonstrandam activitatem magnam, qua pollet anima (44).

(37) Ἐν ἄλλοις δὲ κοῦφον εἶναί φησιν ἀπλῶς τὸ λεπτόν (THEOPHR. *ib*; DIELS, *Vors.* I, 375,24s.) et alibi.

(38) DIOG. LAERT. IX, 31; DIELS, *Vors.* I, 343,8.

(39) THEOPHR., *De sensibus*, 7; DIELS. *Vors.* I, 168,13 et alibi.

(40) AETIUS, III 7,1; DIELS, *Vors.* I,16,32.

(41) Cf. GETYL. 414d: εἶναι δὲ τάχιστον τοῦτο (sc. τὸ πᾶν ἐν πορείᾳ) καὶ λεπτότατον· οὐ γὰρ ἂν δύνασθαι ἄλλως διὰ τοῦ ἰόντος ἰέναι παντός, εἰ μὴ λεπτότατον τ' ἦν, ὥστε αὐτὸ στέγειν, καὶ τάχιστον, ὥστε χρῆσθαι ὥσπερ ἐστῶσι τοῖς ἄλλοις.

(42) Cf. ARIUM DIDYM., *Epitom. Fr. Phys.* 12: κεραυνόν δ' ὅταν πολὺ καὶ λεπτόν περιληφθὲν ἐν τοῖς νέφεσι πνεῦμα πυρωθὲν ἐκθλιφθῆ καὶ μετ' ἰσχυρᾶς ἐπὶ γῆν κατασκήψῃ φορᾶς ἕαν μὲν ἦ πάνυ λεπτόν καὶ διὰ τοῦτ' οὐκ ἐπικαῖον, ἀργῆτα λέγεσθαι κατὰ τοὺς ποιητάς, ἕαν δ' ἦττον ἐπικαῖον, ψολόεντα (DIELS, *Dox.* 452,30ss-453,1ss; cf. eundem locum in STOBÆO, *Ecl.* I, 29,1,598-602).

(43) In EPIPHANIO, *Adv. Haer.*, I, 8: τὰ μὲν γὰρ κοῦφα καὶ λεπτότερα τῆς πάσης φύσεως ἐπιπολάσαι ἄνω τοῦτ' ἐστὶ φῶς καὶ αἰθέρα καὶ τὸ λεπτότατον τοῦ πνεύματος... (DIELS, *Dox.* 89,16s.5).

(44) Cf. GALENUM, *Defin. medicae* 29, vol XIX, p. 355: ψυχὴ ἐστὶν, κατὰ δὲ τοὺς Στωϊκοὺς σῶμα λεπτομερές ἐξ ἑαυτοῦ κινούμενον κατὰ σπερματικούς λόγους (VON ARNIM II, 218, 1ss.); ALEXANDR. APRHOD., *De anima libri mant.*, 115,6 (ed. BRUNS.): ἔτι εἰ ἡ ψυχὴ σῶμα, ἡ πῦρ ἢ πνεῦμα λεπτομερές ἐστὶ διὰ παντός διττον τοῦ ἐμψύχου σώματος (V. ARNIM, II, 218,25s.); PLUTARCH., *De Stoic. Repugn.* 41, 1032: αὐτὸς δὲ πάλιν «τὴν ψυχὴν ἀραιότερον πνεῦμα τῆς φύσεως καὶ λεπτομερέστερον» ἠγεῖται, μαχόμενος αὐτῶ: est sententia CHRISYPPI (V. ARNIM, II; 222,22ss.) Similiter POSIDONIUS, apud SEXTUM EMP., *Adv. Mathem.* 9,71; PHILO, *De Cherubin* 115; et, apud latinos, CICERO, *Tusculan.* I, 43; “...Quam regionem cum superavit animus naturamque sui similem contigit et adgnovit, junctis ex anima tenui et ex ardore solis temperato ignis insistit et pium altius se eferendi facit” etc.; SENECA, *Epist.* 57,8: “quemadmodum aer verbere atque ictu non laeditur, ne scinditur quidem, sed circa id cui cessit, refunditur: sic animus qui ex tenuissimo constat, apprehendi non potest nec inter corpus effligi, sed beneficio subtilitatis suae per ipsa, quibus premitur, erumpit”.

Nulla ergo dubitatio quin λεπτός sese referat ad materiale obiectum, ejus denotans subtilitatem; simulque nullus textus afferri potest, ex quo eruatur sensus certissime spiritualis; etiam quum tribuatur πνεύματι vel ψυχῇ, quia de istis philosophi hellenici materialiter cogitaverunt, maxime Stoici, ad probandam activitatis possibilitatem(45). Nihil ergo possumus deducere e solo vocabulo λεπτόν; solutio pendet a quaestione utrum πνεῦμα in Sap. sit spirituale necne; quod alibi, infra, probabimus.

Minores quaestiones excitant cetera adjectiva: εὐκίνητον: mobile; refertur ad activitatem et operationem πνεύματος σοφίας; adhibetur etiam a philosophis graecis de ψυχῇ (46). Τρανόν (47) perspicax, intuitivum, mente acutum, relative certe ad vicissitudines mundi et praesertim ad quemcumque anhelitum sese extollentem in Universo; agitur ergo de qualitate intellectuali. Ἀμόλυντον: impollutum, immaculatum, puto, ob contextum, physice, non moraliter: "spiritus purus, carens omnibus sordibus vitiositatis ac tenebris" (48), "cujus claritas nulla re minuitur, ut fit in solis vel lunae obscurationibus" (49). Adhibetur tamen a scriptoribus graecis fere semper sensu morali. (50). Σαφές: splendidum, lucens, relative ad

(45) Cf. CICERONEM, *Acad.* I, 11,19; *De Natum Deorum*, II, 9,23-25. — Nihil ergo probat LATTANZI cum scribit: "Il termine λεπτόν indica di per sè sottigliezza, se tuttavia si tratta di corpi; ma poichè qui è attributo di uno spirito, esso indica immaterialità" (*Il Primato Universale di Cristo secondo le Scritture*, Roma 1937, 14, n. 1).

(46) Cf. ARISTOT., *Magna Moral.* 1199b 32: εὐκινότερον ψυχῇ σώματος; EPICURUM, *Ep.* 1 (USENER 20): substantivum: τῆς ψυχῆς αἱ εὐκινησίαι; PLAT., *Tim.* 64b: τῆς εὐκινήτου φύσεως.

(47) Τρανόν est forma rarior, loco τρανῆς; proprie: perforatus, a verbo τετραίνω: manifesto, declaro, reddo perspicuum; cf. MOSCHIUM, apud STOBÆUM, *Ecl.* I,149: ἦν ἄρα τρανός αἶνος ἀνθρώπων ὅδε, ὡς τὸν πέλας μὲν νουθετεῖν βραχύς πόνος. Dicitur etiam de γλώσσα quum sit clara et perspicax ac diserta: Sap. 10,21. S. GREGORIUS NAZ. hoc tribuit Spiritui Sancto: τὸ ἅγιον πνεῦμα coniunctum cum σαφές: σαφημιστικὸν πάντων, καὶ τρανωτικὸν. (*Orat.* 31, *Theolog.* 5,29. PG. 36,168). De claritate mentali et intellectuali cf. etiam SOPHOCLEM, *Ajax* 23: ἴσμεν γὰρ οὐδέν τρανές, ἀλλ'ἀλώμεθα et *Glossa* explicat: τρανόν· σαφές, ἀληθές; qui locus bene illustrat nostrum textum.

(48) SCHLEUSNERII *Novus thesaurus philologico-criticus s. lexicon in LXX et reliquos interpretes graecos ac Scriptores apochryphos*, Lipsiae 1820-21.

(49) CHRISOSTOMUS WALL, *Clavis librorum V.T. apochryphorum*, Lipsiae 1853, sub voce.

(50) Cf. ALEX. APHROD., *Problem.* 1; XENOPH. *Eph.* 2,9: de virgine; MUSONIUM *Fragm.* 18 B, 105 (ed. O HENSE, Leipzig 1905) et apud STOBÆUM, *Ecl.* I, 371: ARRIANUM, *Epict.* 4,11,8.

essentiam metaphysicam πνεύματος; est sensus ordinarius in graecitate classica (51); secundarius sensus est ipsum quod clarum et lucens est, seu id quod certum, quod indubitatum, quod verum: est veritas, et quo in casu requirit articulum τὸ τὸ σαφές (52). Ἀπήμαντον: habet proprie sensum passivum: cui damnum datum non est, aliquid nullo detrimento affectum; exinde, illaesum, incolume; hic videtur sumendum esse sensu activo: neminem laedens, ut intellexit Glossa Πανάρετος: ἀπήμαντον· μεδένα βλάπτον, sicut et Hesichius: ἀπ. ἄβλαβής, πῆμα γὰρ ἢ βλάβη. Φιλάγαθον: amans boni et recti (53) vel amans hominum bonorum; praefertur prima significatio. Ὄξύ: agile, penetrans, promptum sive intellectualiter sive physice relative ad operationem: utrumque sensum praebet graecitas classica: sic dicitur: ὄξυ νοεῖν, in Homero (Il. 3,374), ὄξυ προῖδεῖν (Odys. 5,393) et sensu intimiori: καρδίη ὄξυτέρη in Theognide 366; et sic habentur vocabula: ὄξύτυμος, ὄξύχολος etc.; sensu autem physico ὄξύτατον ὄμμα (54), ὄξύτατα καθορᾶν (55), ὄξύτερον βλέπει (56), ὄξυ ἄκουσεν (57) etc. In nostro loco praefero sensum physicum e contextu aliorum adjectivorum proximorum: πνεῦμα σοφίας est ergo agile et promptum quam maxime ad operationem. Ἀκώλυτον: hoc adjectivo designatur carentia cujuscumque obstaculi sive physici (58) sive moralis (59), libertas maxima ergo τῷ πνεύματι ad actionem. Εὐεργετικόν: ad benefaciendum proclive, benefaciens: est attributum morale, ergo, sicut et sequens. Saepe etiam extra Scripturam

(51) Cf. PIND., *Isthm.* 1,22: Λάμπει σαφῆς ἀρετά; AESCHYL., *Septem* 28: αἰθερία, κόνις σαφῆς ἔτυμος ἄγγελος; SOPH., *Elect.* 18: ὡς ἡμῖν ἤδη λαμπρόν ἡλίου σέλος ἔῶα κινεῖ φθέγματ' ὀρνίθων σαφῆ.

(52) SOPH., *Elect.* 23: ὡς μοι σαφῆ σημεῖα φαίνεις; LXX, *Susanna* 48: τὸ σαφές.

(53) Cf. PLUTARCH., *Moral.* 150c φ. καὶ φιλόκαλος; PSEUDO-DYONIS., *Ep.* 8,597, *PG.* 3,1085: Deus ὑπεράγαθος καὶ φιλάγαθος.

(54) PIND., *Nem.* 10,62; cf. PLATON., *Phedr.* 250d: ὄψις... ὄξυτότη τῶν διὰ το σώματος... αἰσθήσεων.

(55) PLATON., *Rep.* 516c.

(56) ARISTOPH., *Plut.* 1048; *Lysistr.* 1202.

(57) HOM., *Il.* 17,256.

(58) Cf. LUCIANUM, *Tim.* 18: εὐρύτερον τὸ πρὸς τὴν ἔκχυσιν κεχενὸς τοῦ πίθου καὶ ἀκώλυτος ἢ ἔξοδος.

(59) Cf. AUL. GELLIUM, *Noct. Att.* 1,20, ubi pro EPICTETO verus stoicus est ἀκώλυτος, ἀνεκβίαστος, ἀπαρεμπόδιστος, ἐλευθερός. Frequenter apud EPICTEtum applicatur ad personas vel ad res ad ipsas pertinentes: πρᾶγμα, προαίρησις, ὄρεξις etc.

Deo tribuitur (60). Φιλάνθρωπον, amans hominum (61); jam supra, in 1,6 Auctor hoc adjectivum τῷ πνεύματι σοφίας tribuit et in 12,19 modus agendi Dei erga Chananaeos effertur ut exemplum populo electo ut sit et ipse, sicut Deus, δίκαιος καὶ φιλόανθρωπος. Βέβαιον: firmum, constans, stabile; praedicatur tam de rebus physicis: κρύσταλλος, γῆ, ὄχημα, quam moralibus: ὁμιλία, ἀρετή, εἰρήνη, φιλία (62). Praefero heic sensum metaphysicum constantiae et firmitatis in essentia et in operatione. Ἀσφαλές: securum, tutum, et praedicatur tam physice (63) quam moraliter (64); ex contextu heic physicus accipiendus sensus est. Ἀμέριμνον: curarum vacuum, tranquillum, quietum (65) quoad actionem physicam. Παντοδύναμον: vocabulum hellenisticum, quod recurrit alibi in Sap. (11,18; 18,15) et in 2 Macc. 11,13 (juxta editionem Complut.) quidque aequivalet certe communiōri παντοκράτωρ τῶν LXX; secumfert ergo veram omnipotentiam in actu et non tantum quamdam possibilitatem omnia agendi; aequatur, ergo, πνεῦμα, hoc adjectivo, ipsi Deo, sicut in sequenti. Πανεπίσκοπον: hoc epitheton indicat tam πνεῦμα omnia intueri, esse omnium rerum inspectorem, quam dotem subjectivam, qua ex usu omnia inspiciendi, πνεῦμα fit omniscium (66). Primus sensus prae-

(60) Cf. W. DITTENBERGER, *Orientalis Graeci Inscriptiones selectae*, Leipzig 1903-5, 90,11 (Rosetta): τὰ πρὸς θεοῦ εὐεργετικῶς διακείμενος; 39,19 (Rosetta) θεοῦ εὐεργετικοῦ.

(61) Cf. PLATON., *Def.* 412c: φιλανθρωπία· ἕξις εὐεργετικῆ ἀνθρώπων. Duo haec adiectiva insimul posita reperies in HERODIANO 6,9,16: εἰς τε τὸ φιλόανθρωπον καὶ εὐεργετικώτερον ἐπιρρηπῆς; in MUSONIO. *Fragm.* 8,39 (ed O. HENSE, Leipzig 1905): εὐεργετικός, χρηστός, φιλόανθρωπος et in eodem MUSONIO apud STOBÆUM, *Ecl.* 3,443: μεγαλόφρων δέ καὶ εὐεργ. καὶ φιλόανθρ. De conceptu φιλανθρωπίας, quae magni, tempore hellenistico, habetur, maxime apud Stoicos, cf. studium optimum S. LORENZ, *De progressu notionis philanthropiae*, Leipzig 1914.

(62) Cf. v.g. PLATON. *Rep.* 586a: βεβαίου τε καὶ καθαρᾶς ἡδονῆς γεύεσθαι *Tim.* 37b: δόξαι καὶ πιστεῖς βέβαιον καὶ ἀληθεῖς.

(63) Cf. PLUTARCH., *Pericles* 39: τὸν μὲν τύπον ἐν ᾧ τοὺς θεοὺς κατοικεῖν λέγουσιν, ἀσφαλές ἔδος καὶ ἀσάλευτον λέγοντες.

(64) Cf. PLUTARCH., *Pericles* 19: φοβερός μὲν τοῖς πολεμίοις, ἀσφαλές δὲ καὶ δραστήριος τοῖς πολίταις.

(65) Cf. SOPHOCL., *Ay.* 1207: κείμαι δ'ἀμέριμνος οὕτως αἰὲν πυνικαῖς δρόσοις τεγγόμενος κόμας; HERODIANUM. 2,4,3: εἰς σώφρονα καὶ ἀμέριμνον βίον μεταχθέντας; 3,7,11: εἶναι ἐν ἀμερίμνω βίῳ.

(66) Cf. pro sensu Sap. 9,11, epigramma GETULICI, in *Anthologia Palatina* 7,245; MANETONEM, 4,95: ἐπὴν γονίμην ὄρην πανεπίσκοπα φεγγέα βάλλη τοξότew (C. MULLER, *Fragm. Hist. Graec.* II, Parisiis 1848) et 110: πανεπίσκοπα φέγγεα Μήνης (MULLER, F.G.G. II).

fertur, quia sumus in contextu de activitate actuali τοῦ πνεύματος; haec activitas πανεπισκοπή non est solummodo quaedam visio passiva omnium rerum, quae excludat participationem, vel saltem utilitatem realitatis visae, sed, praesertim in relatione ad παντοδύναμον et ut probatur satis in V.T., in quo omnis participatio divina evolutioni vicissitudinum hominum dicitur ἐπισκοπή τοῦ θεοῦ, ἡπλήρη ἡτρη, quum πνεῦμα videat et sequatur realitatem sese evolventem in Universo, participat ipsum quoque actioni, quatenus Πρόνοια, Providentia, servans ante omnia, ipsam realitatem, connexa unitate fortique cohaesione (Sap. 1,7), et deinde providens propriae evolutioni rerum, juxta fines suos proprios et connaturales ipsi realitati: est ergo omniprovidens. Hunc conceptum Auctor resumet in 7,27; 8,1 et eum evolvit, historice, in 10-19 (67).

Sequens propositio: καὶ διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων νοεῶν καθαῶν λεπτοτάτων ponitur in eadem linea syntactica praecedentium adjectivorum, et indicat exinde aliud attributum, etsi in inconsueta et producta propositione. Verbum χωρεῖν cum διὰ significat “procedere, transire per quoddam objectum, penetrare, pervadere, permeare” (68). Apud philosophos, maxime Stoicos, χωρεῖν est terminus technicus ad designandam activitatem Dei vel πνεύματος, qua materiam penetrant fiuntque anima mundi (69). Versio Vg “qui capiat omnes

(67) Quoad verbum ἐπισκοπέω et affinia ex eadem radice cf. G. KITTEL, *Theol. Wörterb.* II, 595ss.

(68) Cf. PLATON., *Soph.* 253a: τὰ φωνήεντα... οἷον δεσμός διὰ πάντων κεχώρηκεν; EURIP. *Andr.* 176: διὰ φόνου οἱ φίλτατοι χοροῦσι *Troj.* 793: χωρεῖν ὀλέθρου διὰ παντός; PLUTARCH. *Romul.* 19: χωρεῖ διὰ πάντων κλυθμός καὶ πολὺς οἶκτος; *ib.* 1: τὸ μέγα τῆς Ῥώμης ὄνομα καὶ δόξη διὰ πάντων ἀνθρώπων κεχωρηκός.

(69) Cf. PLATON., *Leg.* 4,715e: de Deo: ὁ μὲν δὴ θεός..., ἀρχὴν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἀπάντων ἔχων εὐθεία περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος; haec autem sententia refertur sic ab HIPPOLITO, *Philosoph.* 18,19,6: ὁ μὲν δὴ θεός... ἀρχὴν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἀπάντων ἔχων et subaddit: οὕτως ἓνα αὐτὸν τὸν διὰ πάντων κεχωρηκότε ἀποφαίνεται (DIELS, *Dox.* 567,29s.) De sensu resolutionis in eadem substantiam cum permixtione cf. TALETEM, de aqua, origine omnium rerum: ἐξ αὐτοῦ [ὑδωρ] γὰρ εἶναι τὰ πάντα καὶ εἰς αὐτὸ χωρεῖ (PLUTARCH., *Strom.* 1 (DIELS, *Dox.* 579,6); XENOPHANEN, in PLUTARCHO, *Strom.* 4: ἀποφαίνεται δὲ καὶ τῷ χρόνῳ καταφερομένην συνεχῶς καὶ κατ'ὀλίγον τὴν γῆν θάλασσαν χωρεῖν (DIELS, *Dox.* 580,13); EPICURUM: ἐξ ἀτόμων δὲ συνεστάναι τὰ πάντα ἢ δ' αὖ πάλιν εἰς ἄτομα χωρεῖν (EPIPHAN., *Adv. Haer.* 1,8, PG. 41, 305; DIELS, *Dox.* 589,8). Quoad Stoicos, de πνεῦμα θεοῦ totam materiam permeante: ἄλλοι (Stoici) δ' αὐτὸ δι' ὄλου κεχωρηκός πνεῦμα θεὸν δογματίζουσιν (THEOPH. *ad Autol.* 2,4, PG. 6,1052; V. ARNIM, II, 307,8); οἱ Στωϊκοὶ... θεὸν ἀποφαίνονται... πνεῦμα μὲν διήκον δι' ὄλου τοῦ κόσμου, τὰς δὲ προσεγορίας μεταλαμβάνον

spiritus....” indit verbo χωρεῖν sensum omnino secundarium et derivatum, et toti propositioni sensum spatialem externum; auctor versionis certe inductus est conceptu immensitatis potentiae et actionis providentis τοῦ πνεύματος; sensus vero permeandi, penetrandi omnino retinendus est, ob usum constantem in graecitate classica et philosophica et ob contextum cum v. sequenti, qui de actione penetrativa spiritus dat rationem: γάρ. Ergo πνεῦμα σοφίας penetrat et permeat omnia πνεύματα νοερά, καθάρá, λεπτότατα. Quaeritur an tria haec adjectiva νοερόν, καθάρóν, λεπτότατον, praebeant gradus diversos et distinctos essentiae τῶν πνευμάτων quorundam, an vero significant unum atque eundem conceptum, vivaciter et producte expressum. Aliqui exegetae primam opinionem amplectuntur, juxta quam νοερός „positum videtur, ut infima eorum classis designatur, animarum nimirum humanarum, quae immateriales quidem sunt, sed utpote ad corpora informanda ordinatae a materia minus sunt remotae; spiritibus deinde illis, qui a materia plane sunt separati, alterum quoque epitheton (καθαρός, purus) competit; puritatem tamen hic physicam (non vero moralem) esse intelligendam ex sententia immediate sequente elucet. Tertii deinde adjectivi superlativo (λεπτότατος, subtilissimus) inter ipsos puros spiritus gradus immaterialitatis et consequenter diversas eorum classes distingui debere docetur; sed vel ipsam supremam eorum classem infinite superat spiritus divinus, qui eos penetrat” (70). Ego mallem alteram sententiam amplecti: non est heic aliqua distinctio diversorum πνευμάτων ab inferiori ad superiorem, quia etiam πνεῦμα σοφίας est νοερόν ut supra vidimus, quod epitheton denotat essentiam vel actionem

διὰ τῆς ὕλης δι’ ἧς κεχώρηκε παραλλάξεις (PLUTARCH., *Plac. Philosoph.* 1,8,17); οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς δι’ ὕλης... φασὶ τὸ πνεῦμα χωρεῖν τοῦ θεοῦ... διήκειν δὲ δι’ ὅλου τοῦ κόσμου. Cf. etiam TERTULLIANUM, *adv. Hermog.* 44, PL. 2,260 V. ARNIM II, 307,181: “Stoici enim volunt deum sic per materiam decurrisse quomodo mel per favos”; LACTANT., *Div. Inst.* 7,3; ALEXANDR. APHROD., *De Mixtione* 226, 24, V. ARNIM II, 309,4ss.

(70) CORNELY, *Comm. in Librum Sapientiae*, 288; cf. etiam HEINISCH, *Das Buch der Weisheit*, 143: “πνεύματα sind nicht nur die Seelen der Menschen (27s), sondern auch die Engel”; tamen in adjectivis non conspicit gradationem diversorum πνευμάτων, sed diversas dotes spirituum humanorum et angelicorum: “νοερών bezeichnet die Intelligenz der Geister, καθάρων zunächst ihre Immaterialität; dann ihre sittliche Reinheit, da die Weisheit ja in eine Seele nicht eingeht (1,4),..., mit λεπτοτάτων wird die Immaterialität der Geister hervorgehoben”. Sic WEBER, *Le livre de la Sagesse*, (in *La Bible*, L. PIROT-A. CLAMER, tom VI) 450.

intellectualem cuiusdam subjecti; καθαρὸν significat, ex contextu immediato et cum v. seq. puritatem physicam, metaphysicam (71), quae non admittit commixtionem cum alia substantia, quae non pertineat ad essentiam πνεύματος; λεπτός ut jam vidimus, habet sensum subtilitatis physicae et materialis; tamen, hic, in superlativo, et in contextu cum v. sequenti, possumus jam introspicere characterem subtilitatis metaphysicae, immaterialitatis, quae ultro patebit, quum definitam essentiam tribuemus πνεύματι σοφίας totius hujus pericopes (72).

Hactenus epitheta τὸ πνεῦμα ornantia; quamquam quoddam exemplum hellenicum exstat enumerationis proprietatum divinarum (73) et divinitates frequenter celebrantur ob eorum miram πολυωνυμίαν (74), tamen hic processus, qua litterarius, si audis Heinemann (75), non est graecus, sed semiticus (76). Quidquid sit de origine hujus artificii litterarii, certum est nostrum auctorem, quoad electionem vocabulorum, multum dependere a philosophis hellenicis; “le répertoire est varié — scribit Duesberg — il témoigne des informations philosophiques de l’auteur, tout au moins de ses lectures, car il ne semble pas avoir fait de grands frais

(71) Cf. EURIP., *Elen.* 867: πνεῦμα καθαρὸν οὐρανοῦ; sic dicitur de ἄρτος; HERODT. 2,40; ὕδωρ: EURIP., *Hippol.* 209; LXX, *Num.* 5,17; φάος, φέγγος: Pind., *Pyth.* 6, 14; 9,90; etc.

(72) Nota est quaestio de origine huius propositionis in ANAXAGORAE *fragmento* περί φύσεως: τὰ μὲν ἄλλα παντὸς μοῖραν μετέχει, νοῦς δὲ ἐστὶν ἀπειρον καὶ αὐτοκρατὴς καὶ μέμεικται οὐδενὶ χρήματι, ἀλλὰ μόνος αὐτὸς ἐπ’ ἐωυτοῦ ἐστὶν... ἐστὶν γὰρ λεπτότατόν τε πάντων χρημάτων καὶ καθαρώτατον, de qua derivatione possibili, infra.

(73) Cf. v.g. locum similem CLEANTIS stoici de vero bono: τὰγαθὸν ἐρωτάς μ’ οἶον ἔστ’; ἄκουε δὲ, τεταγμένον, δίκαιον, ὅσιον, εὐσεβές, κράτουν ἐαυτοῦ, χρήσιμον, καλόν, δέον, αὐστηρόν, αὐθέκαστον, αἰεὶ συμφέρον, ἀφοβόν, λυσιτελές, ἀνώδυνον, ὠφέλιμον, εὐάρεστον, ἀσφαλές, φίλον, ἔντιμον, «εὐχάριστον», ὁμολογούμενον, εὐκλεές, ἄτυφον, ἐπιμελές, πρᾶον, σφοδρόν, χρονιζόμενον, ἀμεμπτον, αἰεὶ διαμένον (CLEMENS ALEX., *Prot VI*, 72,61 ed PORTER, *PG.* 8.177s, V. ARNIM I, 127,3-11).

(74) Cf. SOPH., *Antig.* 1115; ARISTOPH., *Thesm.* 320; THEOCR. 15,109; ARISTOT., *De Mundo* 401 a 12: εἷς ὢν ὁ πολυώνυμος ἐστὶν; BACCHYLID., *Epigr.* 1,1; SECUNDUM, *Sentent.* 3; CLEANTEM, in hymno ad Zeus (apud STOBÆUM, *Eclog.* 1, 1,12; V. ARNIM I, 121,34).

(75) POSEIDONIOS’ *metaphysische Schriften*, Breslau 1928, I Band, 137, n. 2.

(76) Vide orationem עָשׂוּ in qua עָשׂוּ divina 16 epithetis ornatur; textus in STAERK, *Altjüdische Liturgische Gebete*, in collectione *Kleine texte für theol. u. philol. Vorlesungen und übringen von Lietzmann* N. 58,6; cf. etiam I. ELBOGEN, *Der Jüdische Gottesdienst in seiner geschichtlichen Entwicklung*, Francfort, 1934, 22; H. DUESBERG, *Les Scribes Inspirés*, II, 490.

pour capter à la source même les vertus qu'il se proposait d'attribuer à la sagesse. Il a puisé dans ses souvenirs scolaires de juif cultivé pour tracer une image engageante de la Dame de ses pensées" (77).

Quoad naturam hujus πνεύματος ex his attributis absolutis potest jam distingui natura, vel melius operatio metaphysica (νοερόν, μονογενές, πολυμερές, λεπτόν, εὐκίνητον, τρανόν, ἀμόλυντον, σαφές, ἀπήμαντον, ὄξύ, ἀκώλυτον, βέβαιον, ἀρφαλές, ἀμέριμνον): effertur ergo ejus vis et virtus penetrandi et immanentiae, soliditas, potentia, libertas; dein ejus operatio moralis (ἅγιον, φιλάγαθον, εὐεργετικόν, φιλάνθρωπον); denique ejus operatio physico-moralis, qua Providentia (παντοδύναμον, πανεπίσκοπον) omnia penetrans et permeans (διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων νοερῶν, καθαρῶν, λεπτοτάτων). Quoad sensum completum hujus pericopes videtur non fortuito Auctor sibi elegisse 21 attributa: "il est en effet — scribit Weber — le produit de deux nombres considérés eux-mêmes chez les Israélites comme sacrés, à savoir: trois (cf. Ex., XXIII, 14; Deut., XVI, 16; Is., VI, 3; Eccl. XXV, 1-2...) et sept (Lev., XXIII, 8; IV Reg., V, 10; Prov., IX, 1; Zach., III, 9; IV, 10; Tob., XII, 15....): disons donc qu'il implique une perfection extrême" (78).

Πνεῦμα ergo, ex hac pericope, perhibetur ornatum omni perfectione in ordine essendi et operationis tam metaphysicae, quam moralis. Clauditur haec prima pars propositione quae resumit et contrahit hunc conceptum: πάσης γὰρ κινήσεως κινητικώτερον σοφία, διήκει δὲ καὶ χωρεῖ διὰ πάντων διὰ τὴν καθαρότητα.

Κίνησις hic accipienda est sensu metaphysico pro: actu, operatione (79). Item καθαρότης non audit puritatem moralem, nec phy-

(77) *Ibid.* II, 491.

(78) *Le Livre de la Sagesse*, 449. Idem Auctor ibidem subaddit: "l'Auteur Sacré a voulu montrer que la Sagesse divine a toutes les qualités que les philosophes attribuaient au νοῦς ou au λόγος, et plus qu'eux encore".

(79) Cf. PLATON, *Soph.* 250a, oppos. στάσις; ARISTOT., *Phys.* 202a 5, oppos. ἡρεμία; apud ARISTIPPUM CYRENAICUM: λεία κίνησις est ἡδονή, dum τραχεία κίνησις est πόνος (DIOG, LAERT. 2,86). Ideam similem, de νοῦς, vide in ANAXAGORA: ἀρχὴ πάντων ὁ νοῦς καὶ οὗτος αἴτιος καὶ κύριος τῶν ὕλων καὶ παρέχει τάξιν τοῖς ἀτάκτοις καὶ κίνησις τοῖς ἀκινήτοις καὶ διάκρισιν τοῖς μεμιγμένοις καὶ κόσμον τοῖς ἀκόσμοις (DIELS, *Dox.* 652,25s.).

sicam, sed simplicitatem metaphysicam (80). Verbum διήκειν ut, et plusquam, χωρεῖν adhibetur a philosophis hellenicis, maxime Stoicis, ad designandam activitatem θεοῦ vel πνεύματος τοῦ κόσμου in mundo ipso, eum penetrando et totaliter permeando (81).

Exinde πνεῦμα (subintellectum ut predicatum, quum subjectum sit σοφία) perhibetur ut aliquid ens in actu; est actus purus, quum sit mobilior et actuosior ipso motu metaphysico (κίνησις), pervadens et permeans omnia ob suam simplicitatem.

DOTES ΣΟΦΙΑΣ

Vv. qui sequuntur (7,25-8,1) habent subjectum non amplius πνεῦμα sed σοφία et vel repetunt attributa ejus, quae jam in praecedentibus dicta fuerant de πνεύματος (v. 27), vel praebent explicationem fusiores essentiae istius σοφίας ex καθαρότητος ejus πνεύματος v. 24 (in vv. 25-26) vel deductio finalis actionis τῆς σοφίας ex omnibus notis praecedentibus tam πνεύματος quam σοφίας (7,27b-8,1).

In vv. 25-26 enumerantur quaedam attributa τῆς σοφίας et quidem v. 25 designat essentiam istius σοφίας: ἀτμίς τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως et ἀπόρροια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινής. In v. 26 dantur

(80) Ex hac eadem καθαρότης Deo tributa, CHRYSIPPUS deducit διήκειν προνοίας θεοῦ in mundo: ἀρχὴν μὲν θεὸν τῶν πάντων, σῶμα ὄντα τὸ καθαρότατον, διὰ πάντων δὲ διήκει τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ (HYPPOL., *Philosophum.* 21; DIELS, *Dox.* 571,1; V. ARNIM, III, 306,38s).

(81) En aliqua exempla: τὸ διήκειν διὰ πάντων πνεῦμα. ὅφ' οὗ τὰ πάντα συνέχεσθαι καὶ διοικεῖσθαι (GALENUS, *introductio s. medicus* 9; V. ARNIM, II, 137,30); Στωϊκοὶ (λέγουσιν τὸν θεόν) πνεῦμα διήκειν καὶ διὰ τῶν εἰδεχθῶν (SEXT., *Pirrhon.* III 218; V. ARNIM I, 42,21; DIOGENES LAERT. tradit ex doctrina CHRYSIPPI et POSIDONII τὸν κόσμον διοικεῖσθαι κατὰ νοῦν καὶ πρόνοιαν... εἰς ἅπαν αὐτοῦ μέρος διήκοντος τοῦ νοῦ καθάπερ ἐφ' ἡμῶν τῆς ψυχῆς (7,138); ATHENAGORA, *Suppl.* 6 (32,34 ed OTTO): οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς δι' ὕλης... φασὶ τὸ πνεῦμα χωρεῖν τοῦ θεοῦ... διήκει δὲ δι' ὅλου τοῦ κόσμου. Locos alios permultos vide in V. ARNIM I, 42,19; I, 41,24; 119,9; 155, 25s.; II, 112, 29s.; 137,16; 145,17; 154,8s.; 305,18s.; 306,21; III 20.14; cf. etiam ARISTOT., *De Mundo* 5,396,28: ...γῆν.. καὶ τὸν ὅλον ὄργανον διεκόσμησε μία ἡ διὰ πάντων διήκουσα δύναμις; SENECAM, *Consol. ad Helvid.* 8: "Divinus spiritus per omnia, maxima, ac minima, aequali intentione diffusus".

attributa quae magis insinuant idealem similitudinem cum Deo (82): ἀπαύγασμα φωτὸς αἰδίου, ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας et εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ.

In v. 25 duae propositiones sunt certo parallelae et explicantur vicissim: ἀτμὶς τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως; ἀτμὶς (= ἀτμός) est vel “vapor”, vel “suavis odor”: “quia auctor hac similitudine simplicitatem (τὴν καθαρότητα) Sapientiae comprobare vel illustrare vult ἀτμὶς autem omnis generis vaporis designat, multi tenuissimum quendam vaporem hic significari apposite monuerunt, inter se autem in accuratiore explicatione non consentiunt (83)”. Proponitur allusio ad Eccl. 24,5 ubi Sapientia dicitur ex ore Altissimi prodire, ergo ut halitus; sed ut bene notat Cornely, expectaretur non ἀτμὶς, sed πνοή (84); alii proponunt allusionem ad Eccl. 24,1 [15]: ὡς λιβάνου ἀτμὶς ἐν σκηνῇ. In LXX raro adhibetur (85) et semper designat odorem suavem, suffimen, proveniens ex quadam substantia aromatica; at apud classicos utrumque sensum designat.

Ob usum et significationem quam ἀτμὶς habet in LXX, et ob analogiam Eccl. 24,1 [15] praefero sensum: suavem odorem, magis quam vaporem, quem plerique exegetae retinent (86), licet ex

(82) Cf. U. LATTANZI, *Il primato universale di Cristo secondo le Scritture*, 18.

(83) CORNELY, *Comm. in Librum Sap.*, 291.

(84) Cf. etiam *Job* 32,8; 33,4: πνοή παντοκράτορος.

(85) Cf. *Gen.* 19,28: ὡσεὶ ἀτμὶς καμίνου; in hebr. רוּחַ; *Lev.* 16,13: καλύψει ἡ ἀτμὶς τοῦ θυμιάματος τὸ ἱλαστήριον, in hebr. נַחַשׁ; *Os.* 13,3: καὶ ὡς ἀτμὶς (hebr. נַחַשׁ) ἀπὸ δακρύων; *Jo.* 2,30 (3,3): πῦρ καὶ ἀτμίδα (hebr. הַחַיִּת) καπνοῦ; *Ex.* 8,11: ἡ ἀτμὶς (hebr. נַחַשׁ) τοῦ θυμιάματος ἀνέβαινε; *2 Macc.* 7,5: τῆς δὲ ἀτμὶς ἐφ'ἵκανόν διαδόουσης; *Eccli.* 22,24: πρὸ πυρὸς ἂ. καμίνου καὶ καπνός; 38,28: ἂ. πυρὸς τίξει σάρκας αὐτῶ; 43,4: ἦλιος ἐκκαίων ὄρη ἀτμίδας πυρώδεις ἐκφυσῶν — Apud classicos designat vel vaporem: ARISTOT., *Meteor.* 359b 30 cf. 346b 32; *Phys.* 2,223; sicut ἀτμός: AESCHYL., *Eumen.* 138; ARISTOT., *Problem.* 862a 4 et maxime in plurali: AESCHYL., *Fragm.* 205; vel suavem odorem, sub forma ἀτμός: AESCHYL., *Agam.* 1311; ARISTOT., *Problem.* 908a 21; *Phys.* 1,96; Ἄραψ ἀτμός est incensum in Paeana Delphico (ed J. U. POWELL) 11; etc.

(86) Cf. e.g. WEBER: ‘Elle est un souffle, ἀτμὶς, de la puissance divine... procédant de cette puissance, come notre souffle procède de nous’ (*Le Livre de la Sagesse*, 450); FELDMANN, FICHTNER, HEINISCH vertunt ἀτμὶς: Hauch, quamquam dein in explicatione HEINISCH abstracte loquitur: “Magnum ἀπόρροια denselben mit den Hervorfließen des Wassers aus einer Quelle oder aber mit den Strahl eines Lichtes vergleichen, in jedem Falle wird angedeutet, dass die Weisheit teilhat an dem göttlichen Wesen, und dieser Gedanke ist auch in ἀτμὶς enthalten” (*Das Buch der Weisheit*, 145s.); VACCARI optime vertit: “esalazione della divina virtù” (*La Sacra Bibbia*, V, *I libri profetici*, 2,146.).

quodam exemplo extra Bibliam hic sensus defendi possit (87). Qualiscumque sensus eligitur, certe insistendum est in expressione symbolica, vel metaphorica, etiam quoad sequentes imagines, tum ex analogia Eccl. 24,24-22, tum ex contextu vv. 25-26 in quibus termini materiales (ἀπαύγασμα, ἔσοπτρον) vel philosophici, qui de facto adhibiti erant ad realitatem materiale significandam (ἀπόρροια) sumuntur ad realitatem extra-materiale exprimendam: διὰ τοῦτο οὐδὲν μεμιαμμένον εἰς αὐτὴν παρεμπίπτει.

Τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως: δύναμις non est hic accipienda "potentia" Dei, qua attributum, sed ex comparatione cum 25b est ipsa essentia Dei qua potentia, qua actio, et hoc sensu jure et merito σοφία potest dici ejus ἀτμίς, quum de ipsa dicatur: πάντων τεχνίτις (7,21); παντοδύναμον ejus πνεῦμα (7,25, cf. 7,27); τὰ πάντα ἐργαζομένη (8,5) etc. (88).

Haec attributio manifestat certe aequalitatem essentiae Dei et σοφίας et, sicut suavis odor emanat ex substantia aromatica et non distinguitur ab ea nisi ob derivationem, processu physico-chimico, sic σοφία est ipsa δύναμις τοῦ θεοῦ, quatenus externe manifestatur et demonstratur in mundo visibili, ut suavis odor demonstrat existentiam et essentiam substantiae aromaticae ex qua procedit; σοφία ergo est δύναμις τοῦ θεοῦ qua agens, qua actus externus et visibilis Dei.

Versus 25b est certe parallelus sticho praecedenti: καὶ ἀπόρροια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινῆς; ἀπόρροια est terminus philosophicus hellenicus quo indicatur emanatio rerum sensibilium ex una eademque materia, ita ut emanans et emanatum, etsi in distincta varietate rerum sensibilium, constituent unum et idem, ideoque monismum absolutum (89). Significat etiam "exhalationem", puta,

(87) Inveni unum locum *Onomastici* 1,15 JULII POLLUCIS, qui hoc composuit opus 166-176 p. C., editum ab ENRICO BETHE, Lipsiae, Teubner 1900, in quo sic dicitur de πνεῦμα μαντικόν: τὸ δὲ πνεῦμα εἴποις ἄν καὶ ἀτμὸν μαντικόν, καὶ ἄσθημα δαιμόνιον, καὶ θεῖαν αὔραν, καὶ ἄνεμον μαντικόν, καὶ φωνὴν προαγορευτικὴν; et in 1,29: τὸ δὲ ἀπὸ τῶν βωμῶν ἀπορρέον πνεῦμα, κνίσσα καὶ ἀτμός.

(88) Quoad hunc sensum cf. *Math.* 6,13 (textum receptum); 26,64 et locos parallelos; *Apoc.* 4,11; 7,12 etc., et terminum rabbinicum הגבורה vide textus in BONSIRVEN, *Le Judaïsme Palestinien*, 1,131 et s.: quoad vocab. δύναμις cf. W. GRUNDMANN, *Der Begriff der Kraft in der neutestamentlichen Gedankenwelt*, Leipzig 1932; O. SCHMIT, *Der Begriff δύναμις bei Paulus*, in *Festschr. für A. DEISSMANN*, 1927, 139-167; item W. GRUNDMANN, in G KITTEL, *Theolog Wörterb.* II, 286-318.

(89) "Onde nè questa realtà unica diminuisce per nulla in forza dell'emanazione, nè ciò che dall'emanazione deriva ha una sua realtà indipendente, che

agrorum (90) et in usu medicali "effluvium" (91). Hic, ob parallelismum cum praecedenti ἀτμίς praefero significationem: "effluvium", ut jam Vaccari vertit: "schietto effluvio della maestà dell'Onnipotente" (92) et certe sensu metaphorico.

Etiam in verbis: τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης vi parallelismi cum δύναμις stichi praecedentis, δόξα significat essentiam ipsam Dei, quatenus ipse elevatur et distinguitur a toto visibili mundo istumque transcendit; simulque innuit manifestationem externam Dei in factis magnis vel in ordinaria sua Providentia. "Dengemass — ait Cremer — ist der Ausdruck ἡ δόξα τοῦ θεοῦ, τοῦ κυρίου zu erklären, entsprechend den hebr. כבוד יהוה, ... oft in den Ps., Jes., Ezech., welches "den Schwergehalt des ganzen Gott eigenen Wesens in der Zusammenfassung aller seiner Eigenschaften wach ihrer in sich ungeteilten Offenbarungsfülle" (Umbreit, *Die Sünder*, p. 99)" (93).

Est Deus ipse, ergo, quatenus gloriose apparet et magnifice potenterque operatur (94). Δόξα τοῦ θεοῦ in ore Rabbiorum est ipse Deus nomine proprio, non autem hypostasi (95).

possa con ciò limitare e quindi negare nella sua totalità ed absolutezza la realtà prima" (*Enciclopedia Italiana TRECCANI*, Milano 1932, vol. XIII, 852). In philosophia vero stoica, "il primo principio dello stoicismo, il πνεῦμα, nella διακόσμησις, perde del suo τόνος e si depotenzia progressivamente in fuoco, aria, acqua e terra, e se una parte di esso rimane allo stato puro e adempie l'ufficio di anima del mondo, non è qualitativamente diversa da quelle che danno origine alla realtà cosmica. La dottrina stoica in quanto identifica il πνεῦμα con il λόγος, se non è emanatismo, ha dei tratti comuni con esso (ἐν καὶ πᾶν) (A. FERRO, in *Encicl. Catt.*, Città del Vaticano 1950. vol. V, 269). Quoad loquutionem cf. etiam DEMOCRITUM: ἅπαντος γὰρ ἀεὶ γίνεσθαι τίνα ἀπορροήν (in THEOPHRASTI *Phys. Opin.*, *fram de sensibus* 49; DIELS, *Dox.* 513,20; EMPEDOCLEM: μόνου γὰρ δοκεῖ τῶν στοιχείων τοῦ πυρός ἀπορρεῖν ἀπὸ δὲ τῶν ἄλλων οὐδενός (in THEOPHR. *de sensibus* 20; DIELS, *Vors.* I, 220,1ss.).

(91) Cf. e. g. GALENUM, 15,625 (pluribus vicibus), ed. C. G. KUHN, Leipzig 1821-33.

(92) In "*La Sacra Bibbia. I libri Poetici*" 2, Firenze 1930, 146; sic etiam CHARLES (*Apochrypha and Pseudep. of the O.T.*, Oxford 1913, 547): "effluence"; HEINISCH et FELDMANN: "Ausfluss"; dum CORNELY: "emanatio"; WEBER: "émanation". et FICHTNER: "Ausströmung".

(93) H. CREMER, *Biblisch-theologischen Wörterbuch der neutestamentliche Gräcitat*, Gotha 1902, s.v. Exstant aliae duae editiones a KÖGEL exaratae, 10a: 1915; 11a: 1923, quas conferre non potui.

(94) Cf. *Ex.* 16,7.10; 24,16s; 29,43; 33,19.22; 40,28s. (34s.); *Lev.* 9,6.23; *Num.* 14,10.21ss; 16,19.42; (17,7); 20,6; 21,5.24. *I Reg.* 8,11; *I Chron.* 16,27; *II Chron.* 5,15; 7,1ss.; *Is.* 6,3 etc.

(95) Cf. BONSIUVEN, *Le Judaïsme Palestinien*, I, 131ss. et 217; cf. etiam PHI-

Quoad adjectivum εἰλικρινής (ex εἶλη κρίνω, idcirco: εἶλη κριθεῖσα “ad solis lucem examinata et pura inventa” [Cornely]) denotat absentiam commixtionis alicujus essentiae cum alia; ideo idem est ac: purus, simplex, absolutus, genuinus et in philosophis graecis praedicatur de intellectu (96), de anima (97), de voluptate (98) etc. Relatum ad ἀπόρροιαν nostro in loco, denotat hoc adjectivum genuinitatem (Vaccari: “schietto”) talis effluvii gloriae Omnipotentis: idest repraesentat exacte, ut postea melius dicetur in v. 26 (ἔσοπτρον, εἰκόν) essentiam Dei, quatenus haec manifestatur in mundo et in isto operatur. V. 25 c concludit ad simplicitatem metaphysicam σοφίας, quum haec sit ἀπόρροια et ἀτμίς Dei.

Metaphorae continuantur in v. 26, sumptae ex rebus magis materialibus: 26 a: ἀπαύγασμα γὰρ ἐστὶν φωτὸς αἰδίου: ἀπαύγασμα proprie dicit “refractionem, reflexionem lucis et splendoris, speciatim solis, effulgentiam, ac metaphorice omne quod aliquam rem perfecte refert, imaginem vivam et absolutam alicujus rei” (99); 26 b: ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας: ut bene notat Cornely, ἔσοπτρον hic non indicat tam speculum materiale, quam vero imaginem in speculo reflexam: “das Spiegelbild”, et quidem ἀκηλίδωτον: lucentem, lucidam, purissimam, perfecte repraesentantem rem.

26 c: εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ: εἰκὼν dicit repraesentationem perfectam cum exemplari; εἰκὼν — ait enim S. Joannes Dama-

LONEM, *Rev* 1,85, ubi δόξα et δύναμις τοῦ Θεοῦ sunt parallele coniunctae. — Quoad bibliographiam de הוה יהוה cf. B. STEIN, *Der Begriff Kebod Jahweh und seine Bedeutung für die alttestamentliche Gotteserkenntnis*, Emsdetten 1939; F. HABRAHAMS, *The Glory of God. Three Lectures*, Oxford 1925; G. R. BERRY, *The Glory of Jahweh and the Temple*, J. BL. 56 (1937) 115-17; A.H. FORSTER, *Critical note. The meaning of δόξα in the Greek Bible*, Ath R 12 (1929/30) 311-16; K. NEUHANS, *Der הוה יהוה als Offenbarung*, Liz. — Diss. Erlangen, 1937; E. C. OWEN, *Δόξα and cognate words*, Jth. St. 33 (1931/32) 132-50; 265-279; J. SCHNEIDER, *Doxa, Eine Bedeutungs-geschichtliche Studie*, in *Neutestamentliche Forschungen* III, 3, Gütersloh 1932; G. KITTEL, *Theol. Wörterb.*, Band II, 236-256; eundem, *Δόξα in Forschungen und Fortschritte* VII, 1931, 457ss.; item opus ejusdem *Die Religionsgeschichte und das Urchristentum*, Gütersloh 1932, lection. III, in qua ostendit evolutionem sensus δόξης, ἀλεθειας et κόσμου in LXX, in Judaismo populari et in christianismo.

(96) Cf. PLATON, *Phedon*. 66a: αὐτῇ καθ'αὐτὴν εἰλικρινεῖ τῇ διανοίᾳ χρώμενος

(97) *Ibidem* 81b: οὕτω ἢ ἔχουσαν οἷοι ψυχὴν αὐτὴν καθ'αὐτὴν εἰλικρινῆ ἀπαλλάξεσθαι

(98) Cf. ARISTOTEL., *Ethica Nicom.* 1176b 20: ἡδονὴ εἰλικρινής.

(99) SCHLEUSNER, *Novus thesaurus...*, s. v.; cf. HESYCHIUM: ἀπ. ἡλίου φέγγος; PHILONEM., *De Plantat.* 150 ubi ἀγίασμα dicit esse: ἀγίων ἀπαύγασμα, μίμημα ἀρχετύπου

scenus (100) — ἔστιν ὁμοίωμα χαρακτηρίζον τὸν προτότυπον, et S. Gregorius Nazianzenus subaddit: εὐγένεια δὲ ἢ τῆς εἰκόνος τήρησις καὶ ἢ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἕξομοίωσις (101). Perfectio imaginis expressa in v. 26 c, qui est quasi consequutio priorum stichorum eorumque notiones in se adunat (102), pendet ab eisdem prioribus stichis, quia per se, ut bene scribit idem S. Gregorius Nazianzenus, μηδεμίᾳ εἰκὼν φθάνει πρὸς τὴν ἀλήθειαν (103).

Ut in v. 25, sic in 26 adsunt tres denominationes essentiae: φῶς αἰδῖος, ἐνέργεια τοῦ θεοῦ, ἀγαθότης. In V.T. Deus numquam nominatur lux sed describitur luce circumdatus (104); heic certo, vi parallelismi cum v. 25 et totius contextus 25-26 φῶς αἰδῖος est Deus ipse. “Ac primam appellationem lucis aeternae aptissimam esse divinae naturae metaphoram facile apparet consideranti in Scriptura nomine lucis non tantum splendorem et gloriam, sed unitatem quoque, sanctitatem, beatitudinem, uno verbo, quidquid in suo genere praestantissimum hominique maxime optabile est describi, tenebras vero, quae “in Deo non sunt ullae”. (1 Joan. 1,5) appellari quidquid est malum” (105). Sic intellecta, considerato etiam adjectivo αἰδῖος (qui numquam in LXX apparet, excepto 4 Macc. 10,15, codice N, de vita in ore εὐσεβῶν et in N.T. in Rom. 1,20 de Deo: ἡ αἰδῖος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης et Juda 6: δεσμοὶ αἰδῖοι) haec expressio praeparat definitionem Joannis: “Deus lux est” (106).

(100) *De Imaginibus* 1,9; PG. 94, 1240.

(101) *Oratio VIII in laudem Sororis suae Gorgoniae*; PG. 35,796.

(102) “Quanto all’attributo di εἰκὼν immagine, che è essenzialmente relativo, esso unifica e fonde in sè le idee contenute nei precedenti appellativi: così la immagine dice rassomiglianza con l’esemplare come l’attributo di riflesso e specchio; e deriva dall’archetipo, come il vapore e la emanazione derivano dalla sostanza, quantunque il modo di derivazione, considerata la cosa in sè, non sia necessariamente univoco. Inoltre nell’appellativo di immagine c’è incluso anche il concetto di attitudine a rappresentare e quindi a manifestare l’archetipo” (LATTANZI, *Il Primato universale...*, 19).

(103) *Oratio XXIII, De Pace* III, 11, PG. 35,1164.

(104) *Ex.* 24,17; *Ez.* 1,27s.; *Hab.* 3,4; *Ps.* 50 (51), 3; 104 (105), 1-2 etc.

(105) CORNELV, *Comm. in Librum Sap.*, 294.

(106) 1. Jo. 1,5 — Etiam PHILO Deum φῶς appellat: ὁ θεὸς φῶς ἐστὶ... καὶ οὐ μόνον φῶς, ἀλλὰ καὶ παντὸς ἑτέρου φωτὸς ἀρχέτυπον (*De Somniis* 1,75). In scriptis Rabinorum frequenter lux de Deo, de Lege, de Jerusalem praedicatur: cf. STRACK-BILL. I, 237; II, 472; III, 626. Etiam extra Bibliam lux de Deo praedicatur: κοινὸν ἅπασιν ἀνθρώποις φῶς dicit de Serapide ALBIUS ARISTIDES, Or. 45; ἐκ φωτὸς

Etiam alia expressio: ἐνέργεια τοῦ θεοῦ, licet non tam frequenter, designat essentiam Dei, quatenus operatur. Ἐνέργεια in LXX adhibetur in Sap. 7,17: ἐνέργεια στοιχείων; 13,4 (in codd. A S R: ἐνέργειαν, in B: ἐνεργεία) relatam ad mundum visibilem (conj. cum δύναμις); 18,22: ὀπλων ἐνεργεία; in libris vero Macchabeorum dicit semper potestatem divinam: 2 Macc. 3,29: διὰ τὴν θεϊαν ἐνέργειαν ἄλλωνος (cod. R); 3 Macc. 5,12: κατεσχέθη τῇ ἐνεργεία τοῦ δεσπότου; 5,28 (cod. R): τοῦτο δὲ ἦν ἡ ἐνέργεια τοῦ... θεοῦ. Ἐνέργεια ergo tam in Sap. quam in Macc. libris est actio Dei; nostro in loco, vi parallelismi cum sit ipsa essentia Dei, expressio aequivalet: actus κατ' ἐξοχήν, actus purus; Cornely praefert versionem cujusdam antiqui interpretis (107): "vigor", "quo nomine hic designari censemus ipsam essentiam divinam, quatenus est actus purus" (108).

Denique ἀγαθότης αὐτοῦ etsi alibi exprimat attributum morale Dei, quo bonus et benignus est, omnemque perfectionem moralem divinam (109), hic designat ipsam Dei essentiam, credo non tam quia est bona in se spectata, sed, ut eruitur ex 11,24 in quo loco mundus creatur et procedit ex amore Dei (ἀγαπᾶς γὰρ τὰ ὄντα πάντα) et in 12,22 (in quo ἀγαθότης Dei fit exemplar perfectum ethicae humanae in agendo), quia ex hac ἀγαθότητος procedit omnis actio externa Dei sive erga homines sive erga mundum physicum; ergo hic ἀγαθότης θεοῦ est Deus, quatenus operatur et agit bone (110).

καὶ ζωῆς συνέστεκεν ὁ πατήρ τῶν ὄλων (*Poimandres*, 1,21; cf. de hoc tractatu hermetico RB. 35 (1926) 240ss). Quoad lucem in S. Scriptura, cf. BOTTI J-C, *De notione lucis in Scriptis S. Johannis*, VD. 19 (1939) 81-90; 117-122; H. BAKOTIN, *De notione lucis ac tenebrarum in Evangelio S. Joannis*, Dubrovnik 1943; A. GIERLICH, *Der Lichtgedanke in den Psalmen*, Freiburg in Br. 1940; LESETRE, *Lumière* in F. VIGOUROUX, *Dict. de la Bible*, t, IV, Paris 1909, coll 415-417; O. SCHÄFFER, *Gott ist Licht (1 Joh. 1,5)*, in *Theologischen Studien und Kritiken*, 105 (1933), 467-476; A. STONNER, *Der Lichtgedanke in der heiligen Schrift und Messliturgie*, Paderbon 1936

(107) PSEUDO-AUGUSTINUS, *De Incarnatione Verbi* 13.

(108) *Comm. in l. Sap.*, 294. — Quoad ἐνέργειαν et affinia cf. G. KITTEL, *Theol. Wörterb. z.N.T.*, Band II, 631-653 (auctore BERTRAM) cum bibliographia ibi relatam, quae usque hodie, de hoc subiecto, parva videtur.

(109) *In Sap.* 1,1 significat rationem agendi humanam ethice bonam intellectualiter (φρονήσατε): ergo: cum animo candido puraque intentione; in *Sir.* 45,23 (Vg.29) est dos moralis hominis.

(110) Cf. eandem ideam metaphoricam bonitatis Dei essentiam divinam designantis in PLATONE, *Rep.* 2,379a: οὐκοῦν ἀγαθὸς ὁ γε Θεὸς τῷ ὄντι τε καὶ λεκτέον οὕτω; clarior idea de ἀγαθότητος Dei, qua fonte huius mundi visibilis reperitur in *Ti-*

Versus 27 a-b resumunt duo epitheta v. 22 et ea explicant, vincto parallelismo: μία δὲ οὐσα (= μονογενές, dictum de πνεύματος) πάντα δύναται (= πολυμερές), καὶ μένουσα ἐν αὐτῇ (= μονογενές) τὰ πάντα καινίζει (= πολυμερές); σοφία est μία quoad naturam et essentiam, at multiplex in sua actione (111).

Haec actio est physica (τὰ πάντα καινίζει) et moralis, ut enuntiatur in 27 c — d: καὶ κατὰ γενεὰς εἰς ψυχὰς ὁσίας μεταβαίνουσα, φίλους θεοῦ καὶ προφήτας κατασκευάζει: est explicatio historica (κατὰ γενεάς = per aetates historicas) epitheti ἅγιον in v. 22 et principii enuntiati in 1, 4-5; per aetates ergo σοφία se transfert in animas sanctas, easque reddit aptas (κατασκευάζει) ut sint amici Dei et prophetae. Prima vice, in Sacra Scriptura, expressio “amicus Dei” refertur ad omnem hominem individuum, quum antea solum de Abraham hoc dictum sit, in Isaia 41,8: אֱנֹכִי אֱמִיץ (112). Hoc jam abstracte assertum est in 7,14, in quo σοφία dicitur ἀνεκλιπῆς θησαυρός, qui apertus est hominibus indeficiens, quo, qui id acquirunt (κτησάμενοι, vel utuntur, juxta B S — κρησάμενοι) sibi attrahunt (ἔστειλαντο, per-

maeo 29e-30a-b: ἀγαθὸς ἦν (Deus) ἀγαθῷ δὲ οὐδεὶς περὶ οὐδενὸς οὐδέποτε ἐγγίγνεται φθόνος τούτου δὲ ἐκτός ὧν πάντα ὅτι μάλιστα γενέσθαι ἐβουλήθη παραπλησία ἑαυτῷ κτλ. Quoad sententiam PFLEIDERER (in *Die Philosophie des Heraklit von Ephesus in Lichte der Mysterien*, Berlin 1886, 299) qui videt dependentiam Sap. 7,22-26 a PLATONE, *Cratyl.* 412c-413c., omnino apparet nimis artificiosa: argumentum prorsus diversum est: ut habeatur aliqua dependentia non sufficit invenire duo vel tria verba identica (χωρεῖν, λεπτότατον, μεμιγμένον, χρῆσθαι) sed requiritur similitudo idearum, quae hic plane deficit. Cf. HEINISCH, 151s. et WEBER, 451.

(111) GFRÖRER (in *Philo und die alexandrin. Theosophie*, Stuttgart 1831, citatus a GRIMM, *Das Buch d. Weisheit*, 164) autumat heic Auctorem dependere a theoria platonica Idearum, omnium rerum originum: “Hier bricht die Ideelehre durch: jedes Wesen besteht nur dadurch, dass es an den Ideen Theil nimmt; diese sind ewiglich jugendliche Mächte, und indem sie in die einzelnen nur extandenen Dinge eingehen und sich in ihnen abdrücken, wird der Schöpfungsacht jeden Augenblick wiederholt und den Welt immer neu”. Hoc sustineri non potest, quia ante omnia idea est jam biblica (cf. Ps. 103,30: ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου καὶ κτισθήσονται καὶ ἀνακαινιεῖς τὸ πρόσωπον τῆς γῆς et Ps. 101,26-28), et insuper Ideae PLATONIS numquam cogitantur ut actus agens, sed ut intelligentiae passivae, ut exemplar rerum sensibilium, quae originem suam repetunt a Demiurgo, qui inspicit exemplar idearum, χώρα praebente substrato materiali, ut legi potest in *Timaeo*. Sub aliquo aspectu noster locus potest certe comparari ideae ANAXAGORAE, relatae ab ARISTOTELE (*Phys.* 8,5): διὰ καὶ Ἀναξαγόρας ὁρθῶς λέγει τὸν νοῦν ἀπαθῆ φάσκων καὶ ἀμιγῆ εἶναι ἐπειδήπερ κινήσεως ἀρχὴν αὐτὸν ποιεῖ εἶναι· οὕτω γὰρ ἂν μόνως κινεῖται ἀκίνητος ὧν καὶ κρατοῖται ἀμιγῆς ὧν.

(112) Cf. etiam 2 Chron. 20,7; Dan. 3,35; Judith. 8,24 (Vg.); Jac. 2,23.

fectum continuationis et gnomicum) a Deo amicitiam (πρὸς θεὸν... φιλίαν) idest θεοφιλίαν, amicitiam divinam, commendati dono (δωρεά) quod provenit ex παιδείας; quum ipsa παιδεία provenit ex initio possessionis σοφίας (cf. 6,17), donum est ipsa σοφία quae datur homini non nisi praeparato et disposito moraliter, juxta 1,4-5, negative et 6,16a (ὅτι τοὺς ἀξιόους αὐτῆς αὐτῇ περιέροχεται ζητοῦσα) positive (113).

Quoad terminum προφήται credo non intelligendos esse prophetas proprie dictos qui res futuras praevidentes regunt vitam moralem populi extraordinarie et charismatice, quia hoc donum tempore nostri auctoris censebatur disparuisse (cf. 1 Macc. 9,27); sed sensu magis latiore, exemplo Abrahae, qui certe ante oculos nostri Auctoris extitit, ob expressionem θεοῦ φίλος, quique etiam titulo prophetae cohonestatus est (Gen. 20,7; cf. 18,17-19), — quia “filiis suis et domui suae praecepit, ut custodirent viam Domini”, — prophetae dicuntur justi “quatenus voluntatem Dei ipsi sint edocti eandemque impellente Deo (sive verbis, sive tota vita sua) alios edoceant” (114).

V. 28 (οὐδὲν γὰρ ἀγαπᾷ ὁ θεὸς εἰ μὴ τὸν σοφία συνοικοῦντα) axiomaticus est et resumit, positive, ideam 1, 4-5 et insuper nobis explicat modum unionis σοφίαν inter et hominem; in v. 27 μεταβαίνειν videbatur innuere actionem transeuntem σοφίας in homines; nunc vero σοφία συνοικεῖ. Quid sibi vult συνοικεῖν? Primum quidem significat “habitare insimul vivere vitam communem”; hoc sensu dicitur de civibus ejusdem regionis et civitatis (115). Dein praedicatur de iis qui eandem domum inhabitant, qui contuberniales sunt, idcirco sibi familiari consuetudine devincti sunt (116); metaphorice dicitur quis συνοικεῖν alicui rei, in qua diu versatus est,

(113) Etiam in philosophia hellenica σοφία reddit amicos Dei; cf. PLAT. *Leg.* 4,716: ὁ μὲν σώφρων θεῶ φίλος; FEDON., *fragm.* I. II, 652: πᾶς σοφὸς θεοῦ φίλος; MAX. TYR.: ὁ μὲν εὐσεβὴς φίλος θεῶ... καὶ μακάριος εὐσεβὴς φίλος θεοῦ, citatum a GRIMM, 164; cf. etiam apophthegma Stoicorum: θεῖοι οἱ σπουδαῖοι (V. ARNIM, III, 457,18); juxta ZENONEM Sapiens est: εὐδαίμων... εὐτυχὴς καὶ μακάριος καὶ ὄλβιος καὶ εὐσεβὴς καὶ θεοφιλὴς καὶ ἀξιωματικὸς βασιλικὸς τε καὶ στρατηγικὸς καὶ πολιτικὸς καὶ οἰκονομικὸς καὶ χρηματικὸς. (V. ARNIM, I, 53, 8ss.); μόνος ὁ σοφὸς ὄσιος, θεοφιλὴς. (V. ARNIM, III, 81,31); “quisquam divinus esse non potest nisi sapiens” (CICERO, *De Divinatione*, II,129).

(114) CORNELY, *op. cit.*, 297.

(115) Cf. ARISTOT., *Rep.* 3,5; 5,3; PLUTARCH., *Rom.* 9 etc.

(116) Cf. PLUTARCH., *Mor.* 142f.

quae ei familiariter nota est (117). Demum συνοικεῖν dicuntur qui connubio juncti sunt, ac de uxore usitatur pro: nubere, sicut etiam συνοικίζειν: nuptum dare (118). In nostro loco συνοικεῖν sumitur certo hoc sensu (metaphorico) vinctae cohabitationis conjugalis, quae describitur, ut talis in 8, 2: ταύτην ἐφίλησα καὶ ἐξεζήτησα ἐκ νεότητός μου καὶ ἐζήτησα νύμφην ἀγαγέσθαι ἑμαυτοῦ καὶ ἐραστῆς ἐγενόμην τοῦ κάλλους αὐτῆς, et in 8, 3 a: εὐγένειαν δοξάζει συμβίωσιν θεοῦ ἔχουσα; cfr. etiam 8, 16.

In vv. 29-30 pulchritudo σοφίας effertur: sole et stellis splendidior est (εὐπρεπέστερα) lucemque ipsam vincit, quia lux non gaudet stabilitate et duratione; ast σοφίας, lux metaphysica et moralis, ut in praecedentibus dictum est, non vincitur a κακία sive metaphysica, sive morali.

Quinimmo (δὲ 8,1 adversatur ideae 7,30 b et complet ideam 7,29) σοφία gaudet forti et continua actione: διατείνει δὲ ἀπὸ πέρατος εὐρώστως καὶ διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς.

Haec est alia phrasis quae Sapientia cum philosophia hellenica conjungit, quoad saltem expressionem verborum. Verbum enim διατείνειν saepe adhibetur in philosophia stoica de extensione spaciali et materiali (119) et maxime dicitur de anima mundi ex cujus τόνος relaxato vel compresso pendet vita et mors diversarum creaturarum in mundo (120), sicuti omnes creaturae possident proprium τόνον ex quo pendet vita et mors propria (121). Hic sensus reti-

(117) SOPHOCLES., *Trachin.* 1055; *Philoct.* 1168; *Oed. Col.* 1238; etc.

(118) STOB., *Ecl.* 71,11; EURIP., *Hel.* 1655; *Androm.* 18; *Med.* 1485; *Alcest.* 364; *Ifig. T.* 524; 915; etc.; 1 *Petr.* 3,7: οἱ ἄνδρες ὁμοίως συνοικοῦντες κατὰ γνώσιν ὡς ἀστενετέρῳ σκεύειν τῷ γυναικείῳ, κτλ.

(119) De anima hominis ait CHRISIPPUS: πνεύματα γὰρ ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ φασιν οὗτοι διατείνεν ἄλλα κατ'ἄλλην τὰ μὲν εἰς ὀφθαλμούς, τὰ δὲ εἰς ὦτα, τὰ δὲ εἰς ἄλλα αἰσθητηρία (V. ARNIM II, 226,8ss.). — Item juxta ZENONEM φωνή est πνεῦμα διατείνον ἀπὸ τοῦ ἡγεμονικοῦ μέχρι φάρυγγος καὶ γλώττης καὶ τῶν οἰκείων ὀργάνων (V. ARNIM I,41,6s.). — Juxta DIOGENEM BABYLONIUM (PHILODEMUS, *De Pietate* 15, V. ARNIM III, 217,4s) Poseidon nihil aliud est quam Διὸς τὸ μὲν εἰς τὴν θάλατταν διατετικός. Sensus metaphoricus χάρις dicitur εἰς τὰ μέσα διατείνειν a Stoicis (in PLUTARCH., *De Comm. Not.* 21,1068d; V. ARNIM III, 168,21 et in *Stoic. Repugn.* 12,1048a; V. ARNIM III, 168,31).

(120) Cf. DIOG. LAERT. VII, 136; PLUT., *Plac. Phil.* 1,7; STOB., *Ecl.* 1,375; VII, 374; EUSEB., *Prep. Evang.* XV, 15 (DIELS, *Dox.* 464); juxta CLEANTEM: πληγὴ πῦρός ἐστι, καὶ ἰκανὸς ἐν τῇ ψυχῇ γένηται πρὸς τὸ ἐπιτελεῖν τὰ ἐπιβάλλοντα ἰσχὺς καλεῖται καὶ κράτος V. ARNIM I, 128).

(121) Cf. PLUT., *Plac. Phil.* IV, 7,8 (DIELS, *Dox. Gr.*, 393). — Quoad questionem de τόνος apud Stoicos cf. R. K. HACK. *La Sintesi Stoica. I: Tonos*, in *Ricerche Religiose* 1 (1925) 505-513.

nendus est etiam in nostro loco, exclusa significatione pantheistica, quam ob rationem infra; σοφία sese extendit ἀπὸ πέρατος ἐπὶ πέρασ, idest per totum mundum, totum universum creatum (122). Et quidem sese extendit σοφία in universo εὐρώστως: fortiter, cum magno vigore, “ita ut nihil sit in rerum universitate, in quo ejus vigor et virtus sese non exserat ac manifestat” (123), eo quod σοφία sit ἀτμὶς τοῦ θεοῦ δυνάμεως et ἔσοπτρον illius ἐνεργείας. Versus 8,1b determinat in quo consistat haec actio σοφίας expressa in διατείνειν: διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς. Sensus διοικεῖν primo est propriam domum aut proprias res domesticas administrare (δι’ - οἰκέω - οἶκος) (124); dein vero transit ad designandam curam et administrationem civitatis vel reipublicae (125); demum factus est terminus technicus ad designandam curam, administrationem et providentiam Dei in mundo universo (126). Hic sensus admittendus est, certe in 12,18,

(122) Quod expressionem pertinet cf. PHIL., *De Mutat. nominum* 1,582; *Vita Mos.* 1,19: ἀπὸ περάτων ἐπὶ πέρατα, scil.: ἄπασαν τὴν οἰκουμένην; THEMISTI· M, *Orat.* 13,165d: ἐκ περάτων εἰς πέρατα γῆς ἐπορεύθη; ARISTOT., *Hist. Anim.* 623a 9: ἀράχ- νιον διατείνει πρὸς τὰ πέρατα; etc.

(123) CORNELY, op cit, 299.

(124) Cf. PLATON., *Menex.* 91a: τὰς τε οἰκίας καὶ τὰς πόλεις διοικεῖν.

(125) PLAT., *Crit.* 51e: ὃν τρόπον τὴν πόλιν διοικοῦμεν; *Gorg* 52e; DEM. 832,23; THUCID. 8,21; ARISTOPH., *Eccles.* 305; etc. Hoc sensu etiam *Sap.* 8,14: διοικήσω λαούς.

(126) PLAT., *Phedr.* 246c: animus πάντα τὸν κόσμον διοικεῖ; *Leg.* 10, 896e: ψυχὴν... διοικοῦσαν καὶ ἐνοικοῦσαν ἐν ἅπασι τοῖς πάντη κινουμένοις μῶν οὐ καὶ τὸν οὐρανὸν ἀκάγκη διοικεῖν φόναι; HERACLITUM, *fragm.* 72: ὦι μάλιστα διηνεκῶς ὀμιλοῦσι λόγῳ τὰ ὅλα διοικοῦντι τούτοι διαφέρονται (DIELS, *Vors.* I, 72,20); EMPEDOCLEM: κόσμον γὰρ φησιν εἶναι ὁ Ἐ. τὸν ὑπὸ τοῦ Νείκου διοικούμενον τοῦ πονεροῦ καὶ ἕτεροι νοητὸν τὸν ὑπὸ τῆς Φιλίας (in HIPPOL., *Refut.* VII, 31; DIELS *Vors.* I, 211,23s.); I·CATUM ABDER.: τούτους δὲ τοὺς θεοὺς ὑψίστανται τὸν σύμπαντα κόσμον διοικεῖν τρέφοντάς τε (in DIODORO I, 11, 1ss.; DIELS, *Vors.* I, 460, 17); ΕΚΡΗΑΝΤΙΟΝ: τὸν κόσμον διοικεῖσθαι δὲ ὑπὸ προνοίας (AET. II, 3,3; DIELS, *Vors.* I, 266,3; *Dox.* 330); cf. etiam ANAXAGORAM (DIELS, *Vors.* I, 305,47), LEUCIPPUM, DEMOCRITUM et EPICURUM sed negative: Α. δὲ καὶ Δ. καὶ Ἐ. οὐτ’ ἐμφυχον οὔτε προνοίαι διοικεῖσθαι, φύσει δὲ τινι ἀλόγῳ, ἐκ τῶν ἀτόμων συνεστῶτα [τὸν κόσμον] (AET. II, 2,2; DIELS, *Vors.* I, 347,16; *Dox.* 329). Quoad Stoicos: ZENON.: εἰμαρμένην τε εἶναι καὶ γένεσιν ἐξ ἧς τὰ πάντα διοικεῖται καὶ πάσχει (EPIPHAN., *Haeres.* I, 5; V. ARNIM, I, 24,34; DIELS, *Dox.* 588); CHRYSIPPUS: ἓνα εἶναι κόσμον καὶ προνοία τούτου διοικεῖσθαι (SEXT. EMP., *Adv. Math.* VII, 432; V. ARNIM, III, 165,11); de astris: θεῖα τὴν φύσιν ὄντα καὶ ἐμφυχα καὶ διοικουμένα κατὰ τὴν πρόνοιαν (STOB., *Ecl.* I, 184; V. ARNIM, II, 168,30s.); de εἰμαρμένη: “Ἐ. ἐστὶν ὁ τοῦ κόσμου λόγος” ἢ “λόγος τῶν ἐν τῷ κόσμῳ προνοία διοικουμένων” (STOB., *Ecl.* I, 79; V. ARNIM II, 264,19) et alia loca.

ob parallelismum: σὺ δὲ δεσπόζων ἰσχύος ἐν ἐπιεικείᾳ κρίνεις καὶ μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς; et in 15,1 σὺ δὲ ὁ θεὸς ἡμῶν χρηστός καὶ ἀληθῆς μακρόθυμος καὶ ἐλέει διοικῶν τὰ πάντα; ob assimilationem σοφίας cum Deo, ratione attributorum et actionis, ut in praecedentibus versibus cap. 7, etiam hoc in loco actio quae σοφία tribuitur est cura, administratio, providentia mundi. “Quae divina providentia omnia (τὰ πάντα) complecti dicitur, ut nihil neque inter maxima neque inter minima inveniri doceatur, quod divinae providentiae non subjaceat aut ad finem ei praestitutum ab illa non dirigatur” (127).

Sicut vero in 12,18 et 15,1 verbum durae administrationis διοικεῖν emollivit Auctor quadam expressione (respective: μετὰ πολλῆς φειδοῦς et ἐλέει) ita nunc addit: χρηστῶς. Vocabulum istud, utpote derivatum a verbo χρᾶομαι, “utor”, primo significat aliquid quod se praebet utile, aptum, conveniens, quod bene juvare et adhiberi potest (128); ideo indicat bonam qualitatem objecti. Sensu morali exprimit intimiores et delicatiores dispositiones alicujus, amabilitatem, dulcedinem, liberalitatem, devotionem, beneficentiam; ideo χρηστός vertitur a Vulgata saepe saepius “dulcis, suavis” et χρηστότης: “dulcedo, benignitas”. Exprimit ergo quamdam ingenitam bonitatem et dulcedinem spiritus, qua possessor χρηστότητος impellitur ad aliis benefaciendum, ad bene recipiendum, ad generosum sese praebendum: uno verbo possessor est ὠφέλιμος, alios juvans (cfr. χρᾶομαι) et hoc sensu est virtus quae maxime Regibus commendatur (129). Si ad Deum refertur, extra Bibliam, denotat deum propitium, favorabilem (130); in Sacra Scriptura Deus χρηστός denotat

(127) CORNELY, op. cit., 300.

(128) Sic dicitur: τόξα χρηστὰ οὐδέν, HERODOT. 3,78; γῆ, EURIP., *Hec.* 594; οἰκία, opp. μοχθηρά, PLAT., *Gorg.* 504a; ἡ χρ. μέλιττα, opp. οἱ κεφῆνε, ARISTOT., *Histor., anim.* 624b 23; τὸν οἶνον χρηστὸν PLUTARCH., *Lacaed. apophth.* 240b. etc.

(129) Sensu morali, opponitur: κακός, EUPOLIS, in *Papiri greci e latini, Pubblicazioni della Società italiana per la ricerca dei papiri greci e latini in Egitto*, Firenze, 1912... 11. 1213, 2; πόνερος PLAT., *Prot.* 313d; αἰσχρόν, SOPHOCL., *Philoct.* 476; λυπρός, EURIP., *Med.* 601; μοχθηρός, PLAT., *Gorg.* 504a; unitur cum ὑγεινός, PLAT., *Theet.* 167c. — Benignitas definitur a CICERONE: “Virtus sponte ad benefaciendum exposita” (*De Off.* I, 20); a SENECA beneficentiae et liberalitati assimilatur (*De benef.* I, 1,9; 4,2; 15,2; II, 3,3). — Quoad reges cf. 2 *Rg.* 25,28; *Jer.* 52,32; 1 *Macc.* 6,11; 2 *Macc.* 3,9; 9,21; SOPHOCL., *Oed. Col.* 1430. XENOPH., *Athen.* 1,4; PLUTARCH., *Themist.* 9,185d; LIVIUM, 1,53.

(130) HERODOT. 8,111: θεῶν χρηστῶν ἦκειν εὔ; eodem sensu ac MARC. AUR. 9,11: καὶ οἱ θεοὶ δὲ εὐμενεῖς τοῖς τούτοις εἰσίν.

ejus bonitatem protegentem et adjuvantem (131), suavitatem (132); insuper est χρηστός quia bene recipit orantem (133), fiduciam magnam ei instillat (134) et praebet refugium (135), facilem reddit obsequium legibus suis (136); etiam peccatoribus providet (137) et demum ac maxime, peccata delet et peccatori parcet et indulget (138).

In 8,1 b σοφία dicitur διοικεῖν τὰ πάντα χρηστῶς eo quod in gubernatione rerum, istis dat locum proprium, in quo possint vires suas explicare; ideo "convenienter" aptat et gubernat, juxta fines ab ipsa σοφία propositos, at secundum tendentias creaturis inditas. "Namque divinam gubernationem-ait Cornely-quamvis efficacissima sit, violentem tamen non esse, sed rerum naturis convenientem ac consonam sapiens significare vult. Procul dubio rerum omnium directio ad fines suos a principio extrinseco provenit, nimirum a divina sapientia, sed haec cunctas res ita disposuit ut a principio quoque intrinseco ad fines suos inclinentur" (139).

Demum notari debet hanc actionem διοικήσεως προνοητικῆς σοφίας esse culmen actionis ejusdem in mundo, cui tendit totus contextus 7,22-8,1 et certe ut consequentia attributorum physicorum, vel melius metaphysicorum, et ethicorum πνεύματος σοφίας, quae fundant factum χωρήσεως et διηκίσεως σοφίας, et assimilationis metaphoricæ σοφίας cum Deo, quum et ipsa διοίκησις pertinet essentialiter ad Deum (12,18; 15,1).

Alia actio τοῦ πνεύματος Dei refertur in 12,1; in praecedentibus versibus Auctor effert clementiam Dei in punitione Aegyptiorum (11,15-22), pietatem et misericordiam erga omnes: ὅτι πάντα δύνασαι (11,23); mundus creatus est impulsu amoris Dei, et semper conservatur actu continuo volitionis et amoris Dei (11,24-25); ex quo procedit, etsi creaturae sese ab eo avertant malumque morale per-

(131) *Ps.* 25,8; *Jer.* 33,11; *Dan.* 3,89; *2 Macc.* 1,24 et *Sap.* 15,1.

(132) *Ps.* 34,9.

(133) *Ps.* 69,17; 86,5; 109,21.

(134) *Ps.* 52,11.

(135) *Nah.* 1,7.

(136) *Ps.* 119,39. 68 (cf. *Math.* 11,30).

(137) *Ps.* 31,20; 65,12; 68,11; 104,28; 145,7; *Sir.* 37,11.

(138) *Ps.* 100,5; 106,1; 136,1; 107,1. Quoad χρηστότητα cf. C. SPICK, "Benignité, douceur, clémence", *RB.* 53 (1937) 321ss.

(139) *Comm. in Libr. Sap.*, 300; quod egregie confirmat verbis S. AUGUSTINI, PSEUDO-DIONYSII et S. THOMAE.

petrent, illa immensa misericordia, φειδώ, erga omnia entia: ὅτι σά ἐστὶν φιλόψυχε (11,26). Quod explicatur (γάρ) in 12,1: τὸ γὰρ ἀφθαρτον σοῦ πνεῦμά ἐστιν ἐν πᾶσιν. Dativum ἐν πᾶσιν est certe neutrum et referatur oportet ad σά ἐστιν; ergo agitur de omnibus rebus creatis etiam materialibus; idcirco 12, 1 non explicat solum δέσποτα φιλόψυχε (140), ac si πνεῦμα Dei sit principium solius vitae in entibus viventibus (141), sed totam praecedentem propositionem: incorruptibile et immortale (142) Dei πνεῦμα est in omnibus rebus; quo sensu hoc sit concipiendum pendet a significatione quam Auctor Sap. sibi fingit de πνεῦμα; de quo infra.

Usque nunc vidimus actionem cosmicam, seu physicam τοῦ πνεύματος; Auctor Sapientiae effert aliud genus actionis πνεύματος, nempe actionem moralem in hominem. Πνεῦμα enim Dei est principium rectae cognitionis voluntatis Dei erga nos: βουλήν δὲ σοῦ τις ἔγνω, εἰ μὴ σὺ ἔδωκας σοφίαν καὶ ἔπεμψας τὸν ἅγιόν σου πνεῦμα ἀπὸ ὑψίστου; ideo concipitur ut aliquid donum, quod homini conceditur, praevia oratione: διὰ τοῦτο εὐξάμην καὶ φρόνησις ἐδόθη μοι ἑπεκαλεσάμην καὶ ἔλθεν μοι πνεῦμα σοφίας (143); est donum ut ipsa σοφία, quae

(140) Adiectivum φιλόψυχος si ad hominem quempiam refertur, sumitur in malum sensum, nimirum: vitae cupidus, qui nimis timet ne anima et vita sua privetur, timidus: EURIP., *Phoeniss.* 597: δεῖλον δ'ὁ πλοῦτος καὶ φιλόψυχον κακόν; *Ecub.* 348: γυνὴ φιλόψυχος; MARC. AUR. 10,8: καὶ ἐν βίῳ τοιούτῳ σπαράσσεσθαι καὶ μολύνεσθαι λίαν ἐστὶν ἀναισθητόν καὶ φιλοψύχου; heic, ad Deum relatum denotat ejus amorem ad vitam entium conservandam, potius quam: "amans animarum" ut vertit HENRICUS STEPHANUS in suo *Thesouro Graecitatis*, sub voce.

(141) Ut revera dicitur alibi in S. Scriptura, v. g. *Ps.* 103, (104), 29-30; *Job* 32,8; 33,4; 34,14s.; ex *Gen.* 2,7 et 6,3.

(142) Ἀφθαρτος (ἀ-φθείρω) per se dicit solum incorruptibilitatem, idcirco se refert tantum ad id quod est corruptibile, ad corpus; in quodam autem loco ARISTOTELIS (*Top.* 6, 6,145, 23 et 24) ἀφθαρτος et ἀθάνατος sunt equivalentia: εἰ τὸ ἀθάνατον ὠρίσατο ζῶον ἀφθαρτον νῦν εἶναι τὸ γὰρ νῦν ἀφθαρτον ἀμφίβολον ζῶον νῦν ἀθάνατον ἐστὶ καὶ γὰρ τὸ νῦν ἀφθαρτον εἶναι ἢ γὰρ ὅτι οὐκ ἐφθαρται νῦν σημαίνει ἢ ὅτι οὐ δύνατον φθαρῆναι νῦν ἢ ὅτι τοιούτῳ ἔστι νῦν οἷον μηδέποτε φθαρῆναι τοῦτο δὲ τῷ ἀθανάτῳ τὸ αὐτὸ ἦν, ὥστε οὐ συμβαίνει νῦν αὐτὸ ἀθάνατον εἶναι; cf. etiam *Analyt. priora* 2,22; *poster.* 1,24. Refertur etiam ad ψυχὴν a PITHAGORA et PLATONE, qui animae immortalitatem concedunt et spiritualitatem (in AETIO, *Plac.* IV, 7,1; DIELS, *Dox.* 393,12s; *Vors.* I, 311,7 et *Plac.* IV, 7,5; DIELS, *Dox.* 393,10ss.); ad Deum ab ANTÍPAIRE TARS.: Θεὸν τοίνουνο νοοῦμεν ζῶον μακάριον καὶ ἀφθαρτον καὶ εὐποητικὸν ἀνθρώπων et: καὶ μὴ ἀφθάρτου (PLUTARCH., *Stoic. Repugn.* 38; V. ARNIM III, 249,13-15).

(143) *Sap.* 7,7.

item enixe quaeritur (144). Talis actio ethica non extenditur, est evidens, hominibus non recte dispositis, quinimmo negatur et se elongat ab injustis: ἅγιον γὰρ πνεῦμα παιδείας φεύξεται δόλον καὶ ἐπανάσθησεται ἀπὸ λογισμῶν ἀσυνέτων καὶ ἐλεγκθήσεται ἐπελθούσης ἀδικίας (145).

Ex istis locis, quos exegesi subjecimus, πνεῦμα nobis apparet duplici actione in mundo insignitum: se praebet tamquam vim creatricem, conservatricem rerum visibilium, eas penetrat fortiter et cohaeret, eas dirigit, administrat et gubernat: uno verbo adest in omnibus rebus ut causa earum esse et vivere; insuper explicat actionem moralem et religiosam indens veram cognitionem veritatum supernaturalium, et datur ut donum hominibus piis et illud quaerentibus, certe ad sanctificationem: πνεῦμα παιδείας.

NATURA THEOLOGICA

Nunc quaestio exurgit: quis est illud πνεῦμα et cuius natura gaudet? Ex aliquibus textibus clare apparet unio intima inter πνεῦμα et σοφίαν ex utriusque actione tum physica, tum morali (146); σοφία, quum ad Deum refertur nobis apparet in Sap., ut principium acti-

(144) Sap. 8,20-21; 9,4.

(145) Sap. 1,5. — Actio moralis intima πνεύματος est idea characteristicam Iudaismo coevo et posteriori Auctori Sap. “Dans la théologie juive, le Saint-Esprit apparaît aussi come agent de sanctification. Dans la chaîne des vertus de PINHAS BEN JAIR (vers 170), la possession du S.E. est donnée comme sommet de la perfection, conduisant à la résurrection des morts. Des hommes le plus saints il est dit qu’ils sont dignes du S.E. ou qu’ils méritent que repose sur la Šekhinâ, ce qui désigne une special présence divine de complaisance et de santification” (BONSIRVEN, *Le Judaisme Palestinien*, 1,211s.)

(146) Σοφία pluribus sensibus sumitur in libro Sap.; in 14,2 est simplex peritia technica et artistica in fabricatione navium; est sapientia humana, sed sensu religioso: recta vivendi ratio, juxta regulas ethicae; uno verbo est virtus; hoc sensu eadem est ac παιδεία, quae est exercitium huius vitae moralis, docente Deo, etiam per punitionem: 3,11 (cf. Prov. 1,2,7; 15,33; 22,23); 6,9; perspicitur a diligentibus eam et invenitur ab eam quaerentibus: 6,13; ducit ad Regnum perpetuum: 6,20-21; conceditur orantibus 7,7 (parallela est ad φρόνησις); consistit in εἰπεῖν κατὰ γνώμην: 7,15a-b; a Deo derivat: ὅτι αὐτὸς τῆς σοφίας ὁδηγὸς ἐστὶ: 7,15c; σοφία quam Deus concedit est γνώσις ἀψευδῆς. “Le terme ἀψευδῆς ait P. V. IMSCHOOT in RB. 47 (1938) 36, n. 1) — s’emploie couramment des oracles “qui ne trompent pas” (HES., *Theg.*, 233; EUR., *Or.* 364; *Coeph.*, 559 etc.); ἰ’ἀψευδῆς τέχνης est la Science des devins (ESCH., *Sept.*, 26)”. Demum σοφία est σοφία divina, ut principium actionis in mundo, de qua supra, in textu.

vum in creatione et providentia mundi et hominum, ut protectrix populi electi et fons vitae moralis, sicut πνεῦμα. Nam, sicut πνεῦμα κυρίου dicitur πληροῦν et συνέχειν τὰ πάντα. (1,7), sic σοφία διατείνει ἀπὸ πέρας ἐπὶ πέρας εὐρώστως et διοικεῖ τὰ πάντα χρηστῶς (8,1); πνεῦμα: διὰ πάντων χωροῦν τῶν πνευμάτων (7,23), σοφία dicitur διήκειν καὶ χωρεῖν διὰ πάντων (7,24); πνεῦμα est μονογενές, πολυμερές, et simul παντοδύναμον (respective: 7,22 et 23), item σοφία: μία δὲ οὔσα, πάντα δύναται καὶ μένουσα ἐν αὐτῇ τὰ πάντα καινίζει; de πνεύματος edicitur: πανεπίσκοπον (7,23) et γνῶσιν ἔχει φωνῆς (1,7), item de σοφία: οἶδε ... ἐπεινή πάντα καὶ συνίει *Quoad actionem moralem*: πνεῦμα: ἅγιον πνεῦμα (cf. 7,22) παιδείας φεύξεται δόλον (1,5); σοφία: οὐκ ἀντισκύνει κακία (7,30) et: οὐθὲν γὰρ ἀγαπᾷ ὁ θεὸς εἰ μὴ τὸν σοφία συνοικοῦντα (147). *Insuper aliquoties πνεῦμα videtur designare essentiam σοφίας*: φιλόανθρωπον πνεῦμα σοφίας (1,6); ἦλθεν μοι πνεῦμα σοφίας (7,7); πάσης γὰρ κινήσεως κινητικώτερον σοφία, idest πνεῦμα σοφίας; tandem: 7,22: ἔστιν γὰρ ἐν αὐτῇ πνεῦμα νοερόν κτλ: licet rejiciatur lectio cod. A, aliquorum minusculorum, Eusebii, etc. (ἔστιν γὰρ αὐτῇ πνεῦμα), quippe quae facilius, sensus tamen idem est et conformis menti nostri auctoris: "est in σοφία quoddam πνεῦμα", idem est ac: σοφία est πνεῦμα νοερόν κτλ. quod probatur contextu proximo (7,24!) et remoto (1,6; 9,17) (148).

(147) Sola σοφία praedicatur protectrix historica populi Israel: Adam (10,1); Noe, (10,9); Abraham (10,5); Loth (10,6-8); Jacob (10,9-12); Joseph 10, 13s.); populi electi (10,15); Moysis (10,16); ei tribuitur iter tutum per desertum (10,17), transitus Maris Rubri (10,18). Has autem actiones σοφίας, Isaias jam tribuerat τῷ πῶρ Jahwe (63,11-14). Cf. insuper *Agg.* 2,5; *Zach.* 4,6; alibi haec actio soli Deo tribuitur (*Ex.* 33,14) vel ejus angelo (*Ex.* 23,20), arcae foederis (*Num.* 10,33), nubi (*Ex.* 14,19s; cf. 13,21s; *Num.* 10,34). "Le parallelisme — ait IMSCHOOT entre *Is.* LXIII, 11-14 et *Sap.* X,15-XI,2 est tel qu'on peut conclure à la dépendance de *Sap.*: l'auteur a attribué à la Sagesse divine ce qui était dit de l'esprit saint de Jahwe, parce que la Sagesse est le πνεῦμα ἅγιον et παντοδύναμον (*Sap.* VII, 22s.)" (RB. 47 (1938) 43). — *Quoad σοφίαν* in 6, 9-11; 9,12; 8,13-15. 17; 6,21 quae refert IMSCHOOT, credo agi de σοφία pure humana religiosa, non divina, etsi dicatur descendere de coelo (ἐξαπόστειλον αὐτὴν ἐξ ἁγίων οὐρανῶν) ut sit συμπάρουσα hominibus, eisque κοπιᾷση (9,10) et ducere sapientium actiones ἐν τῇ δόξῃ αὐτῆς (9,11): sunt emphatice dicta de sapientia humana, ethica, religiosa, de qua sermo est in toto contextu 6-9, 17; σοφία in 9,18 est jam divina.

(148) Cf. P. V. IMSCHOOT, RB. 47 (1938) 39, n. 1; GRIMM, *Das Buch d. W.*, 152; HEINISCH, *Das Buch d. W.* 141; GREGG, *The Wisdom of Solomon*, Cambridge 1922, 72. Contra CORNELY (280ss.) aliique plurimi, etiam ex Patribus, qui vident σοφίαν distinctam a πνεῦμα, quod est Spiritus Sanctus.

Omnibus textibus accurate perpensis censendum est Auctorem conceptum πνεύματος et πνεύματος σοφίας, si de σοφία divina agitur, assimilasse in uno eodemque conceptu actionis physicae et moralis Dei in mundo (149).

Restat ut sive πνεῦμα, sive σοφία Deo conferantur: πνεῦμα-σοφία estne Realitas in Deo distincta, insignita aequali actione in mundo, ergo Realitas Divina, an Deus ipse, relatus sub vocabulis πνεύματος et σοφίας?

Jam notaverat Heinisch eandem actionem tributam πνεύματι-σοφία esse et Deo: Deus ipse mundum creat (1,14), et quidem λόγω suo (9,1); σοφία in formatione hominis est tantum instrumentum, ornatus Dei (9,2: τῇ σοφία σου κατασκευάσας ἄνθρωπον); sedet quidem cum Deo, quum sit illi πάρεδρος (9,4) et ideo novit opera Dei (9,9a: εἰδυῖα τὰ ἔργα σου) et praesens erat quum factus est mundus (9,9b: παροῦσα ὅτε ποίεις τὸν κόσμον); at hoc est certe processus litterarius et amplificatio narrationis genesiacaе, ex facto quod revera mundus manifestat sapientiam Dei, licet vox πάρεδρος possit inducere quandam personificationem majorem, nempe distinctionem illius qui est πάρεδρος ab eo, cui ille est πάρεδρος, quum vox sit terminus forensis magistraturae, designans aequalem potestatem illius qui est πάρεδ-

(149) Cf. etiam IMSCHOOT: "seul le livre alexandrin de la Sagesse pousse cette assimilation jusqu'à l'identification de la σοφία avec le πνεῦμα et fait de la Sagesse, comme de l'esprit, la principe interne de la vie physique et de la vie morale" (RB. 47 (1938)46). HEINISCH, *Teologia del Vecchio Testamento*, Torino, Roma 1950, 130: "In ogni caso l'agiografo non ha chiaramente distinto tra Sapienza e spirito di Dio. Nei confronti della Sapienza lo spirito di Dio occupa un ufficio secondario, e nella determinazione di esso egli è andato molto più avanti degli scrittori precedenti, non tanto però quanto i suoi predecessori nella descrizione della Sapienza. La rivelazione dello Spirito Santo era riservata al N. T."; WEBER, *Le Livre de la Sagesse* (in PIROT-CLAMER, *La S. Bible*, t. VI), 382s.; B. BOTTE, in *Rch, Sc. Ph. Theol* 19 (1930) 89ss.: "Je ne vois pas, pour ma part, une Sagesse sans intelligence ni volonté s'établir à un carrefour pour exhorter les hommes et leur promettre ses biens. La personification est, je le reconnais, plus accentuée; mais aucun indice certain ne permet d'affirmer que l'auteur y a vue une personnalité distincte de Dieu ou un Dieu. Par contre le contexte de ces passages et le caractère homogène de la littérature sapientiale s'opposent à ce qu'on voie dans la Sagesse un hypostase... On peut ne conclure harditement qu'il n'y a dans la Sap. aucune théorie philosophique que postule existence d'un hypostase intermédiaire entre Dieu et le monde".

ρος (150). Deus quoque dicitur creasse mundum "manu sua" (11,17) et paulo post ipse solus (11,24); ipse solus est ὁ ποιήσας mundum (16,24), ὁ τεχνίτης (13,1), dum alibi dicitur etiam σοφία esse πάντων τεχνίτις (7,21), τῶν ὄντων τεχνίτις (8,6); et idcirco πάντα ἐργαζομένη (8,5) est σοφίας, quum solus alibi Deus sit ὁ κατασκευάσας, quia ipse solus est ὁ γενεσιουργός, ὁ γενεσιάρχης, et ὁ ὢν (13,1 ss.). Deus creat homines (2,23; e contra cf. 9,2); omnes ab eo repetunt existentiam (6,7), ideo solus ille est δεσπότης (ibid.), regit et gubernat mundum (ἐλέει διοικῶν τὰ πάντα: 15,1, et: μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖς ἡμᾶς 12,18), sicut jam dictum est de σοφία (8,1). Deus ipse homines observat et scrutatur (τῆς καρδίας αὐτοῦ ἐπίσκοπος ἀληθής: 1,6) eorumque verba et vel sussurra perspicit (καὶ τῆς γλώσσης ἀκουστής: ibid.), sicut prae-dicatur de πνεῦμα (γνώσιν ἔχει φωνῆς: 1,7) et de σοφία (πανεπίσκοπον: 7,23). Opera ipse disposuit pondere numero et mensura (11,20); sicut πνεῦμα σοφίας est φιλόανθρωπον (7,23), ita Deus impios ἐν ἐπιεικείᾳ κρίνει et μετὰ πολλῆς φειδοῦς διοικεῖ ut populus electus imitetur suam φιλανθρωπίαν: ὅτι δεῖ τὸν δίκαιον εἶναι φιλόανθρωπον (12,18-19). Sicut σοφία facile videtur et possidetur ab iis qui diligunt eam (6,12-27), sic Deus invenitur ab iis qui potentia sua et bonitate confidunt (1,2); et sicut σοφία non intrat in animam subditam peccatis (εἰς κακότεχνον ψυχὴν et ἐν σώματι καταχρέω ἁμαρτίας), nec πνεῦμα ἅγιον παιδείας amat dolum et fictum, quinimmo ea fugit (φεύξεται δόλον) ita Deus se elongat a cogitationibus perversis (σκολιοὶ λογισμοὶ χωρίζουσιν ἀπὸ θεοῦ; 1,3-5). In his versibus ergo πνεῦμα, σοφία et θεός explicant omnino eandem actionem et ob parallelismum strictum identificentur oportet.

Quae quum ita sint, ut redeamus ad quaestionem quis sit illud πνεῦμα ex iis quae dicta sunt, clare apparet πνεῦμα gaudere numere secundo (151) si illud confers cum σοφία, non solum quia officia communia habet cum ipsa, sed quia saepe saepius apparet tamquam entitas metaphysica σοφίας. Quoad ergo quaestionem de personalitate

(150) Cf. vocem sinonimam ξύνεδρος in SOPH., *Oed. Col.* 1381; HESIOD., *Op.* 259; PLUTARCH. in SIMPLICIO, 1,617; DEMOST., *C. Aristogit.* I, 14,772 et litteraturam orphicam (H. F. MULLER, in *Hermes*, (1917) 251). πάρεδρος in SOPH., *Antig.* (Eros qui est π. cum legibus) videtur jam esse fictio litteraria; lex debet esse amabilis, vel: lex est amor; non est lex sine amore: altissimus conceptus legum in ore puellae Antigonis!

(151) Cf. HEINISCH, *Teologia del Vecchio Testamento*, 130.

vel hypostatizatione σοφίας (152) et πνεύματος, nobis videtur recte sentire quum σοφίαν et πνεῦμα dicimus repraesentationem symbolicam activitatis Dei in mundo (153), ex identitate eorum essentiae, collatae cum operatione ipsius Dei.

Verbecke non explicat nec probat argumentis hanc affirmationem, quum res videatur illi omnino clara. Etenim, ut jam saepe diximus, πνεῦμα non habet ullam actionem propriam distinctam a σοφία et a Deo, et quidem actionem propriam quae personalitatem, ut ita dicam, suam prodat; ut vidimus omnes actiones suae, tam in ordine physico et cosmico, quam in ordine morali et religioso, tribuuntur etiam Deo et σοφία; dein saepe praedicatur de Deo: πνεῦμα κυρίου et de σοφία: πνεῦμα σοφίας, vel παιδείας, quae in contextu libri non est nisi σοφία.

Ad hoc probandum bene inservit 7,25-26, qui locus, ut notum est, classicus evadit iis qui e contra defendunt personalitatem et hypostatizationem σοφίας. Ut jam innuimus, Deus hic exhibetur ex-

(152) De hac quaestione multa scripta sunt; conferri potest: W. SCHENKE, *Die Chokma in der jüdische Hypostasenspekulation*, Kristiania 1913; A. HUDAL, *Die Religiösen und sittlichen Ideen des Sprüchbuchs* Roma 1914; J. LEBRETON, *Les origines der dogme de la Trinité*. Paris 1919; P. SCHUTT, *Revelatio SS. Trinitatis in V.T. praeparata*. VD. 6 (1926) 359-367; P. HEINISCH, *Personifikationen und Hypostasen in A.T. und in altem Orient*, Munster 1921 (in collectione *Biblische Zeitfragen*, IX, 10.12) Idem, *Die persönliche Weisheit des A.T. in religionsgeschichtlicher Bedeutung*, Münster 1923 (*BZF.* XI, 1,2); GOTTESBERGER, *Die göttliche Weisheit als Persönlichkeit im A. T.*, Münster 1919 (*BZF.* IX, 1,2); IMSCHOOT, *La Sagesse dans l'A.T. est-elle une hypostase?*, *Coll. Gand.* 21 (1934) 3-10, GALLUCCI, *Filosofia greca e sapienza ebraica*, *Sc. Catt.* 58 (1930 II) 198-213; 279-293; 326-351; LATTANZI, *Il primato universale di Cristo secondo le Scritture*, Roma 1937; W. L. L. KNOX *The Divin Wisdom*, *JTSt.* 38 (1937) 230-237; P. F. CEUPPENS, *De conceptu Sapientiae divinae in libris didacticis A. T.*, *Aug.* 12(1935)339-345; B. BOTTE, *La Sagesse dans les livres sapientiaux*, *RSPH Th.* 19 (1930)83-94; A. MULLER. *Die Weisheit der Ewigen Weisheit*, *Ben.Mon.* 4(1921)252-259; VACCARI, *Il concetto di Sapienza nell'Antico Testamento*, *Greg.* 1(1920)218ss., praeter commentarios.

(153) Est theoria quam tenet G. VERBECKE in *L'évolution de la doctrine du pneuma du stoïcisme à S. Augustin*, Paris - Louvain 1945, 230: "Il ressort de l'ensemble du livre que le pneuma est plutôt une représentation symbolique de l'activité divine dans le monde: si certaines passages prêtent à cette activité un caractère personnel (VIII,4), il ne faut pas le prendre au pied de la lettre, mais comme un procédé littéraire, choisi par l'auteur pour se faire comprendre dans une matière aussi délicate".

pressionibus abstractis et circumloquutionibus, quae familiares erant scriptis rabbinicis temporis Auctoris Sapientiae, et quidem expressionibus abstractis, quae Deum exhibent in sua actione ab extra, vel in potentia (τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως) vel proprie in sua actione expressa et operante (τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας); quae actio aut est physica, extraordinaria vel ordinaria quatenus πρόνοια (τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης), ut jam supra sic δόξαν explicavimus, aut moralis (φῶς αἰδίου) quatenus assistentia et directrix illuminata ad vitam ethicam vivendam, aut actio interna divina, quatenus est fons actionis externae et creationis hujus mundi visibilis (ἀγαθότης). Nunc vero σοφία confertur ad Deum sic exhibitum, agentem in mundo, et in collatione sumuntur quaedam metaphorae, e rebus materialibus desumptae, quae metaphorae, si rem penitus consideras, non sunt nisi comparationes; atqui in comparatione adest aliqua communis nota inter rem comparandam, et rem comparatam; sic e.g. σοφία dicitur ἀτμὶς τῆς τοῦ θεοῦ δυνάμεως; ἀτμὶς sese refert ad substantiam aromaticam, cujus est suffimen; quid est illud suffimen? Est ipsa substantia aromatica, quatenus, vi processus physico-chimici, externe sentitur in suavi odore; non potest omnino esse aliqua substantia *diversa* a substantia aromatica; sic argumentari potest de ἀπόρροια "effluvium", quod item substantiam aromaticam postulat. Ἀπαύγασμα est lux ipsa, quatenus reflectitur et videtur; ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον, ut jam notavi, non est speculum in se, quod esset diversum ab illo qui in eo se inspiciat, sed est imago in speculo, et quidem, ἀκηλίδωτον, perfecta, ergo repraesentans graphice et adamussim inspicientem se in speculo, non est ergo persona diversa; sic demum εἰκὼν, si est vere εἰκὼν, est aliquis repraesentatus puta in pictura, sculptura; et si adest aliqua diversitas non est quoad personam vel substantiam, sed quoad modum suae repraesentationis.

Si iste est sensus in rebus materialibus, desumptis ab Auctore ad explicandam notionem σοφίας talis debet esse, ut adsit comparatio, σοφία relate ad Deum. Sicut ἀτμὶς materialis refertur ad substantiam aromaticam ut aliquid idem quoad substantiam, sed sensibiliter manifestatum et manifestans ipsam substantiam et ut quidem pretiosum et gratissimum ejusdem substantiae, sic σοφία est ἀτμὶς τῆς τοῦ δυνάμεως comparatae substantiae aromaticae, quatenus visibiliter ostendit et, sit venia verbo, concretizat istam δύναμιν τοῦ θεοῦ ejusque est quid pretiosum, at est semper illa δύναμις τοῦ θεοῦ quoad essentiam; est δύναμις τοῦ θεοῦ in actu; uno verbo: σοφία est metaphora audax, possumus admittere, ad designandam actionem,

vel jam transactam, qua actionem, quae nunc resplendet in creatione quaeque jure et merito vocari potest πρόνοια, vel actionem jugiter in actu, quia Deus semper agit. Sic dicendum est de σοφία ut ἀπόρροια τῆς τοῦ παντοκράτορος δόξης εἰλικρινῆς: est ipsa δόξα, manifestatio divina ut realis manifestatio; est insuper ἀπαύγασμα φωτὸς αἰδίου, quatenus actio Dei, perfecte reflectens essentiam divinam in sua agendi ratione; est ἔσοπτρον ἀκηλίδωτον τῆς τοῦ θεοῦ ἐνεργείας, quatenus σοφία actio Dei, derivans ab ἐνεργείᾳ divina ejusque virtutem reproducens; demum est perfecta εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος αὐτοῦ, quatenus actio divina ostendit naturam intimam Dei, qui impulsus est, si ita possumus scribere, ad creandum mundum a sua infinita ἀγάπῃ (cf. 11,24).

Ex alia ratione cogimur ad hanc symbolizationem considerantes actionem πνεύματος σοφίας; ut jam innui, πνεῦμα σοφία non habet sibi propriam ullam actionem, qua omnino distinguatur a Deo; unica causalitas, quae ei tribuitur, est causalitas efficiens in creatione, quae alibi, cognoscitur, ut demonstravi, in ipsa Sap. propria Deo soli; in ordine intellectuali est simplex medium cognitionum supernaturalium, et in ordine ethico-religioso, datur ut donum hominibus jam praeparatis et dispositis, non causat ipsam sanctitatem et aliquoties, in hoc ordine, confunditur cum σοφία humana.

Unde jure et merito potest scribere Heinisch, in sua "Teologia del Vecchio Testamento": "All'autore della Sapienza rimaneva solo da dire: "Dio è la Sapienza", analogamente a Giovanni: "Dio è il Verbo". Tutte le premesse parevano già esistere ed il passo non avrebbe dovuto essere difficile a compiersi. Ciò però non è stato fatto e così la Sapienza appare come un qualcosa di oscillante tra l'attributo e la persona reale" (p. 120); nos vero certius affirmamus: πνεῦμα σοφίας est Deus ipse, est ὁ θεός quatenus agens, non autem persona in Deo distincta.

Non negamus certe Deum indidisse huic loco sensum profundiorum et pleniorum, praesertim in consideratione Col. 1,15, et Hebr. 1,3 et sub hoc sensu praeparasse Revelationem mysterii Ssmae. Trinitatis; quaestio nostra tantum respicit notionem πνεύματος σοφίας in auctore humano libri Sapientiae.

Consentaneum est ergo sub hoc respectu sumere πνεῦμα ut repraesentationem symbolicam, vel modum litterarium designandae actionis divinae in mundo, et quidem actionis physico-cosmicae,

qua Deus pervadit totum universum, replens illud et fortiter cohaerens in suo esse et vivere (1,7) et exinde potest dici esse in omnibus rebus (12,1), non quidem, certe, suo esse divino et transcendenti, ob contradictionem, sed sua actione, quia et causat esse in omnibus creaturis et conservat easque regit et gubernat, ut ex toto praecedenti contextu lucide demonstratur (154); dein πνεῦμα designat actionem divinam ethico-religiosam in homine: vocatur ἅγιον πνεῦμα παιδείας, quia operatur in eo formationem moralem, educationem religiosam et exigit anteriorem praeparationem, non autem eam causat; homo potest sua malitia illud expellere (φεύξεται δόλον) et impietate (λογισμοὶ ἄσυνετοὶ) et injustitia (ἐλεγχθήσεται (155) ἐπελθούσης ἀδικίας: 1,5); non potest ergo coexistere malo in anima hominis; exinde, terminis neotestamentariis, hoc πνεῦμα est actio Dei religiosa, quam nos vocamus gratiam, quae heic simpliciter Deo tribuitur, ob parallelismum cum 1,4, et in N.T. effertur ut actio peculiaris Spiritus Sancti (156). Demum πνεῦμα ἅγιον est actio peculiaris Dei, qua capaces effimur cognitionis voluntatis divinae erga nos (9,17): ob parallelismum, Deus hoc agit per σοφίαν quae potest esse Revelatio, si agitur de voluntate Dei universali pro toto genere humano (cf. Job 22,12; Eccl. 23,9; Luc. 2,14), vel, si agitur de vita privata religiosa uniuscuiusque hominis, censeo identificandam esse cum inspirationibus divinis ad vitam recte religioseque vivendam (157).

(154) Hoc potest optime concordari cum philosophia christiana, quin timor exoriatur admittendi panentheismi stoici; audiatur S. Thomas: Deus potest dici in omnibus rebus “tum per potentiam, in quantum omnia ejus potestati subduntur, tum per praesentiam, in quantum omnia nuda sunt et aperta oculis ejus, tum per essentiam in quantum adest omnibus velut causa essendi” (*Summa Theol.* I,q.8,a.3). “Deus causat esse in rebus, non solum quando primo esse incipiunt, sed quamdiu in esse conservantur, sicut lumen in aere causatur a sole, quamdiu aer illuminatus manet” (*Summa Theol.* I,q.8,a.1).

(155) F. VOLZ, in *Der Geist Gottes*, 160, hoc verbum vertit “accusatorem se praebere”; sed sensus, ob contextum duorum verborum praecedentium, est “expelli, rejici”, quamquam potest significare etiam: demonstrari, convinci, accusari, confundi etc.; cf. IMSCHOOT, *RB.* 117(1938)45,n.2.

(156) Bene notat WEBER (*Le Livre de la Sagesse*, 402) “La théologie est heureuse de relever dans ce court passage une préparation appréciable au dogme de la grace sanctifiante et même au dogme trinitaire, puisque la personification de la Sagesse divine et de l'Esprit de Dieu, amorcée ici, s'achevera dans la Révélation définitive apporté par Jésus”.

(157) Cf. similem mentem in *1 Jo.* 4.1: Ἀγαπητοί, μὴ παντὶ πνεύματι πιστεύετε ἀλλὰ δοκιμάζετε τὰ πνεύματα εἰ ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστὶν de quo loco notat J. CHAINE: “Par

In relatione ad σοφίαν, idest πνεῦμα σοφίας, vel πνεῦμα σοφία, πνεῦμα designat essentiam metaphysicam σοφίας, quae vero, praeter actionem ethicam et intellectualem religiosam, quam in communi habet cum ἅγιον πνεῦμα, ob contextum clarum (1,5) et parallelismum strictum (1,17), se prodit tamquam actionem, qua Deus regit et gubernat mundum universam, idest tamquam Providentiam. Summus ergo etiam σοφίαν quum ad Deum refertur, ut expressionem litterariam operationis Dei in mundo (158).

Quae operatio est primum physico-cosmica: σοφία enim est, modo generali, τεχνίτις (7,21) operum physicarum, eodem sensu quo ipse Deus est ὁ τεχνίτης (13,1) et ὁ πλάσας (15,11), et metaphoricè effertur, sicut σοφία humana (14,2); opera physica possunt jure et merito vocari ἔργα σοφίας (14,5); ipsa enim est πάρεδρος Dei (9,4) et εἰδνῖα τὰ ἔργα αὐτοῦ, quum παροῦσα Deo fuerit in creatione mundi (9,9); modo peculiari in creatione hominis (6,2); post creationem, vero, σοφία opus suum continuat ut πρόνοια: regit enim et gubernat mundum universum, sese extendens intra limites universi vi tenaci et indissolubili, quum sit causa cujuscumque "esse" (εὐρώστως) et administret modo excellenti (διοικεῖ χρηστῶς: 8,1), eodem sensu quo Deus agit sua πρόνοια (14,3; 17,2: πρ. αἰώνιος, 6,7: προνοεῖ περὶ πάντων).

Dein σοφία adhuc actionem physicam explicat, sed pro hominibus, eos protegens et ad fines suos ducens; principium adest in 1,5 et 7,22: est φιλόανθρωπος (ut Deus 12,19); haec φιλανθρωπία elucet in historia Noë (10,4), Jacob (10, 10-12), Lot (10,6), Joseph (10,14),

esprit il faut entendre des diverses manifestations qui accompagnaient les vraies et les faux charismes, les paroles, les impulsions ou enthousismes d'origine divine, diaboliques ou simplement humaines, qui pouvaient se ressembler extérieurement. Il y a des manifestations qui viennent de l'Esprit de Dieu et d'autres qui n'en viennent pas. Il importe de les éprouver" (*Les Epîtres catholiques*, E. B., Paris 1939,195).

(158) Etiam aliquis auctor hoc concedit: "Ma qui (agit de 7,24) come nei versetti 26 e 27, — ait D. GALLUCCI — non è tanto questione della Sapienza personificata, quanto della Sapienza essenziale di Dio, chè la finzione è troppo manifesta. Dello stesso carattere è il versetto del c. IX: Domine, da mihi sedium tuarum assistricem Sapientiam... et noli me reprobare a pueris tuis... Si insiste molto nel realismo di tali parole, ma non sembra fondata questa opinione. Salomone, infatti, domanda a Dio il dono della Sapienza, e l'autore la personifica pur trattandosi della sapienza umana; i Proverbi avevano fatto altrettanto" (*Filosofia greca e sapienza ebraica in Sc.Catt.* 58(1930)350).

populi electi (10,15) et in genere erga cultores suos haec protectio significatur (9,19 et 10,9).

Est actio charismatica in Moyse (10,16). Demum actionem majorem explicat, nempe moralem: educit enim Adam a delicto suo, illi indens donum conversionis et poenitentiae (10,1), servat irreprehensibilem Abraham (10,5) et innoxium in tentatione Joseph (10,13); e converso, non effectio actionis σοφίας, ex culpa personali, provocat ἀπόλειαν spiritualem (10,3) et impossibilitatem γνῶναι τὰ καλά (10,8) (159).

NATURA PHILOSOPHICA

Sic intellectum πνεῦμα σοφίας viam aperit ad noscendam ejus naturam et relationem cum philosophia stoica, cujus supra demonstravimus ex exegesi litterali plurimos posibles influxus.

Sunt qui πνεῦμα intelligant quandam realitatem omnino materialem et e Stoicis derivatam (160); id probant ex textu, in quo

(159) Hic modus interpretandi σοφίαν et πνεῦμα ut simplicem metaphoram ad designandam Dei actionem in mundo est omnino fundatus in litteratura judaica coeva et posteriori nostro Auctori sacro. Diffusus enim erat usus designandi Deum per aliquem terminum abstractum ad vitandos antropomorphismos et ex influxu philosophiae hellenicae, totum mundum hellenisticum pervagantis. De hac quaestione cf. J. BONSIRVEN, *Le Judaïsme Palestinien I*, quoad locutiones abstractas: 128-133; πνεῦμα ἁγίου: 210-212; quoad actionem moralem πνεύματος ἁγίου, praeter textus ibi relatos, cf. *Testam. Sim.* 4,4; *Testam. Benjam.* 8,2; *Jubil.* 1,21; 1.23s.; *Ps. Salom.* 18,7; PHILON., *Cherub.* 10,6; *Leg. all.* 1,43ss; 1,65: de quibus textibus cf. P. VOLZ, *Der Geist Gottes und die verwandten Erscheinungen im A. T. und im ausschliessenden Judentum*, Tübingen 1910; dein quoad σοφίαν, judaismus illi substituit Thora, cf. BONSIRVEN I, 212-219, sub aspectu hypostatizationis. — Quoad πνεῦμα ἁγίου in Judaismo vide etiam L. KACKSPILL, *Étude sur le milieu religieuse et intellectuel contemporain du N.T.*, in RB. 11 (1902) 66-71; PARREN, *The Ruah hakodesch in Tannaic literature*, JOR 20(1929)51-76.

(160) Primus, quoad sciam, qui hanc theoriam elaboravit, fuit EICHORN, in *Einführung in die apokrif. Schriften des A. T.*, Leipzig 1795, 111 ss.; quem secuti sunt GRIMM, in suo commentario, passim; E. PFLEIDERER, *Die Philosophie des Heraklit von Ephesus in Lichte der Mysterienidee*, Berlin 1886, 293; E. ZELLER, *Die Philosophie der Griechen III*, 2,294; FARRAR *The Wisdom of Solomon* (in H. WACE, *Apocrypha I*, 403-534), London 1888; L. COVARD, *Die religiösen und sittlichen Anschauungen der atl. Apokryphen und Pseudepigraphen*, Gütersloh 1907, 98; A. T. S. GOODRICK, *The Book of Wisdom*, London 1913, 255 et recentius BÜCHSEL, *Der Geist Gottes im N.T.*, Gütersloh 1926, 76.

πνεῦμα insignitum apparet eisdem qualitatibus et officiis, quae Stoici suo πνεύματι tribuere, quae sunt: πληροῦν τὴν οἰκουμένην, συνέχειν τὰ πάντα (1,7), διοικεῖν (8,1), διήκειν et χωρεῖν διὰ πάντων (7,24), esse in omnibus rebus (12,1), πολυμερές, νοερόν, λεπτόν, κτλ. (7,22) etc. Juxta hanc interpretationem πνεῦμα in Sap. nihil aliud est quam anima mundi, juxta Platonis et Stoicorum placita, quae Auctor transsumpsit in suam theologiam, sibi contradicens, quum ex alia parte Deum concipiat omnino mundum transcendentem, "eo quod in antiquiora litteratura sacra Hebraeorum non habuerit sufficiens fundamentum pro sua doctrina de spiritu, ideo censendus foret ideam hanc mutuatam esse a philosophis graecis" (161).

M. Heinze quamdam aptitudinem dubii tenet: πνεῦμα aliquoties describitur modo stoico, (πολυμερές, λεπτόν, εὐκίνητον, διήκει καὶ χωρεῖ πάντα διὰ τὴν καθαρότητα); sed ex una parte quaestio de natura materiali an immateriali ab Auctore non ponitur, dum hoc explicite affirmatur a Stoicis, et ex altera parte aliae descriptiones πνεύματος, maxime actio moralis, contradicunt entitati materiali (162); hanc positionem tenet etiam Volz (163).

Exegetae catholici defendunt immaterialitatem πνεύματος κυρίου sicuti πνεύματος humani, sed diversa via ac ratione: quidam, et sunt plerique, quum πνεῦμα σοφίας sit personificatio Entitatis Divinae, immo hypostasis divina, juxta suam sententiam, quaestionem hanc ne ponunt quidem, quum jam resoluta videatur. Heinisch defendit immaterialitatem πνεύματος ex suis characteribus divinis, quibus insignitur ab Auctore (164).

(161) K. SMORONSKI, *Et spiritus Dei ferebatur super aquas*, *Bibl.* 6(1925) 145.

(162) *Die Lehre von Logos*, Oldenburg 1872,196: "Hätte der Verfasser Veranlassung gehabt, sich klar zu werden über die Frage, ob das πνεῦμα körperlich und stofflich, oder unkörperlich und nicht stofflich zu denken sei, so würde er sich wohl für die Bejahung des ersteren haben entscheiden müssen, aber da diese Notwendigkeit nicht an ihn herantrat, ist die Frage gar nicht behandelt, und wir müssen uns begnügen mit den Andeutungen die gegeben sind".

(163) *Der Geist Gottes...*, 160: "Das Pneuma erscheint hier (in Sap.) selbständig neben Gott, teils in pantheistischer, teils in personhafter Form, als kosmisches Weltprinzip, als sittliches Weltprinzip und als Urheberin der pneumatischen Weisheit in der Welt, als πνεῦμα ἀφθαρτον, πν. παιδείας, πν. σοφίας".

(164) "Da die Weisheit an Gottes Thron Beisitzerin ist, muss sie unkörperlich sein wil Gott (9,4). Sie wird, wie sonst der Geist Gottes, ἀτμὶς θεοῦ genannt (725). Zwischen Weisheit und Welt ist ein wesentlicher Unterschied, da sie sich wie Schöpfer und Geschöpf gegenüberstehen (7,22a; 9,9; 14,2). Sie ist daher unabhängig von der Welt, ausserhalb der Welt und vor der Welt" (*Das B. d. Weis.*, 153).

Verbecke, autem, ante omnia bene notat qualem notionem immaterialitatis praesupponere debemus in nostro Auctore sacro; nostra notio designat modum alicujus entis essendi et, in sua actione, a materia omnino independentis; at haec supponit longam evolutionem philosophicam et nonnisi anachronistice presupponenda est in nostro Auctore sacro, qui aliunde coevus est tendentiae materialisticae, quoad πνεῦμα (165).

Melior solutio illi videtur et mihi considerare πνεῦμα κυρίου et σοφίας ut jam supra indicavimus, tamquam repraesentationem symbolicam vel modum litterarium designandae actionis Dei in mundo (166), sicut mos erat apud coevos Judaeos, basim V.T. praebente, et apud philosophos hellenicis sui temporis, cum diverso, utique, principio metaphysico et diverso fine, de quibus infra.

Immaterialitas ergo πνεύματος est eadem ac immaterialitas Dei ipsius; quomodo concipit noster Auctor immaterialitatem Dei? Simpliciter ex sua transcendentia: ipse est ὁ ὢν, ὁ τεχνίτης, ὁ ποιήσας, ὁ γενεσιουργός; mundus est sua creatura et habet aliam naturam ac ipse: res materiales sunt ὁρώμενα ἀγαθὰ; peccatum Gentium magnum consistit in concipienda Divinitate ut re materiali; ἢ πῦρ ἢ πνεῦμα (ventus!) ἢ ταχινὸν ἀέρα ἢ κυκλῶν ἀστρῶν ἢ βίαιον ὕδωρ; at miserabiliores sunt idololatrae: ταλαίπωροι ... οἵτινες ἐκόλεσαν θεοὺς ἔργα χειρῶν ἀνθρώπων, κτλ. (13,2. 10). Deus ergo transcendit naturam visibilem quia est ejus Factor et quia habet aliam ac diversam naturam.

Sic est intelligenda immaterialitas πνεύματος σοφίας: est infinite elevatum ab hoc mundo sensibili et habet aliam naturam ac res

(165) “.....il est bien clair cependant que cette définition, dont nous discutons pas la valeur, est le résultat d’une longue évolution philosophique: on ferait évidemment fausse route, si on voulait chercher des déterminations aussi précises concernant le pneuma dans le livre de la Sagesse”. (*L’évolution de la doctrine du pneuma...*, 232).

(166) “ La clef de la solutions de ce problème se trouve dans le fait que le pneuma de la Sagesse n’est qu’une représentation symbolique de l’activité de Dieu dans le monde. Il en résulte que ce souffle qui pénètre le cosmos tout entier pour y exercer son activité créatrice, mais qui agit spécialement dans l’âme des justes pour leur communiquer une science supérieure et une vie morale plus noble, ne diffère pas de la nature de Dieu: c’est un aspect de l’être ainsi lui-même que l’auteur a représenté de cette façon pour le mettre in évidence” (*L’évolution...*, 242).

materialis (167). Possumus nunc illam insistentiam, in cap. 7,22-8, 1, elevandi πνεῦμα σοφίας super omnes quascumque entitates explicare: νοερόν, λεπτόν, ἀμόλυντον, ἀπήμαντον, διὰ πάντων χωροῦν πνευμάτων νοερῶν καθαρῶν λεπτότατων, κινητικότερον, διήκει δὲ καὶ χωρεῖ διὰ πάντων, διὰ τὴν καθαρότητα, οὐδὲν μεμιαμμένον εἰς αὐτὴν παρεμπίπτει; unum vel aliud vocabulum, ut vidimus, ad res materiales refertur; sed in hoc contextu et in hac insistentia, certe hic agitur de Realitate transcendente materiam (168).

Quoad specificationem ulteriorem naturae πνεύματος σοφίας jam dixi in explicatione 7, 22-23: πνεῦμα σοφίας est ex ordine intellectivo (νοερόν), quod tamen non manet merus conceptus abstractus; est etiam ex ordine morali, quia agit in homine ad excitandam vitam eticam et religiosam (ἄγιον); est metaphysice unum principium, etsi multipliciter operetur (μονογενές, πολυμερές et cf. v. 27); λεπτόν in hoc contextu et in nostra significatione τοῦ πνεύματος bene immaterialitatem designare potest (cf. v. 24); alia adjectiva potius designant ejus operationem, fortem et absque ullo impedimento,

(167) “Il en résulte que suivant notre auteur, le pneuma divin est immatériel en ce sens qu’il est infiniment élevé au-dessus de ce monde sensible et qu’il est donc d’une autre nature que les réalités matérielles” (VERBECKE, *L’évolution...*, 233).

(168) Quaeri potest an adjectivum ἀφθαρτον in 12,1 probet directe immaterialitatem πνεύματος. Non videtur. Nam, ut vidimus, ἀφθαρτος refertur ad corpus materiale et denotat ejus incorruptibilitatem, non autem ens immateriale. Ex loco ARISTOTELIS, quem superius citavi (*Topic.* 6,6, 145, 22) explicite refertur ad ens materiale; ANTIPATER TARSENSIS Deo tribuit quem tamen scimus esse σῶμα in ejus philosophia (PLUTARCH, *De Stoic. Rep.* 38; V. ARNIM III, 249, 13s.); non diverso sensu DIONYSIUS A.R. (8,62) de animis scribit: ἀφθαρτοὶ αἱ ψυχαὶ et LUCIANUS, in *Jupp. Trag.* 20, de diis: μακάριοι καὶ ἀφθαρτοὶ; CHRISIPPUS id praedicat de anima mundi: διαφέρειν δὲ φασιν ἀρχὰς καὶ στοιχεῖα· τὰς μὲν γὰρ εἶναι ἀγενήτους < καὶ > ἀφθάρτους· τὰ δὲ στοιχεῖα κατὰ τὴν ἐκπύρωσιν φθείρεσθαι (DIOG. LAERT. III, 134; V. ARNIM II, 11,40); cf. PLUTARCH., *De Stoic. Rep.* 44, 1054; V. ARNIM II, 174, 10; BOETHIUM SIDONIUM in PHILON., *De incorrupt. mundi* (!) 15; V. ARNIM III, 265, 23, qui loquitur de ἀφθαρσία τοῦ κόσμου, qui ex altera parte dicitur esse φθαρτός, cf. V. ARNIM II, 19,9; 181,9; 46,5; I, 30,31; 32,2; juxta principium ZENONIS, relatum a PHILARGYRIO ad VERG., *Georg.* II, 336: «ex hoc mundo quamvis aliqua intereant, tamen ipsum perpetuo manere, quia vi haereant ei elementa, e quibus generantur materiae: ut dixit crescere quidem, sed ad interitum non pervenire, manentibus elementis a quibus revalescit» (V. ARNIM I, 32, 15 ss.) — Immaterialitas πνεύματος deducitur solum si admittamus id esse actionem et operationem Dei.

physicam et moralem: quod omnibus numeris competit activitati divinae.

ORIGO HUIUS CONCEPTUS

Restat ut videamus ex quo fonte Auctor Sapientiae hauserit suam doctrinam de πνεύματος. Critici plures, maxima cum facilitate, defendunt dependentiam et quoad vestem litterariam et, praesertim, quoad doctrinam philosophicam ex philosophia hellenica, maxime ex Stoica. Horum idea praejudicialis est formulationem verbalem identicam duorum conceptuum aequivalere omnino et semper identitati istorum conceptuum; potest quidem hoc verum esse aliquoties, sed non est principium apodicticum inderogabile, et experientia saepe saepius hoc contradicit: potest quis sua verba facere alicujus scriptoris, quippe quae pulchra, quae concinna, quae apta suo conceptui, ut suam mentem illustret, quae potest prorsus esse diversa ac mens illius scriptoris et proprie quoque contraria illis praecisis verbis transsumptis: est simplex vestis litteraria (169).

Hoc principio innixus, M. Heinze dependentiam stricte doctrinalem admittit a Stoicis: πνεῦμα σοφίας est quaedam commixtio doctrinae σοφίας Veteris Testamenti, cum πνεῦμα-θεός stoico; argumenta sunt verba transsumpta a philosophia stoica: νοερόν, λεπτόν, δυήκειν etc., quae vidimus in exegesi (170).

(169) Ut unum exemplar afferam, celebris est citatio S. PAULI (*Act.* 17,28: τοῦ γὰρ καὶ γένος ἑσμέν) ex ARATO, *Phenomena* 5: πάντη δὲ Διὸς κεχρήμεθα πάντες, τοῦ γὰρ καὶ γένος ἑσμέν, vel ex CLEANTHE in suo hymno ad Jovem v. 4: ἐκ σοῦ [Διὸς] γὰρ γένος ἑσμέν: sunt philosophi stoici saec. III a. C. et certe loquuntur pantheistice, quum Deus sit ipsis mundus physicus, natura; quod probatur ex similibus citationibus, v.g. MARC. AUG. 4,23: ἐκ σοῦ [τῆς Φύσεως] πάντα, ἐν σοὶ πάντα, εἰς σὲ πάντα; CHRYSIPP.: Δία δὲ αὐτὸν λέγουσιν, ὅτι πάντων ἐστὶν αἴτιος καὶ δι' αὐτὸν πάντα (in STOB., *Ecl.* I, 1,26; V. ARNIM III, 300, 160); et ex antiquis poetis, plus minusve pantheistis, cf. PINDARUM, *Nem.* 6, 1ss.; ORPHEUM, *fragm.* 164. Paulus citans ARATUM vel CLEANTHEM (sicut in v. eodem 28 videtur citare EPIMENIDEM) juxta commentarium syriacum ISO'DAD de MERV. edit. a M. DUNLOP GIBSON, *Horae semiticae*, n. X, paragr. 29, coll. cum DIOG. LAERT., 1,112) non cohonestat eorum doctrinam pantheisticam, sed illis verbis inest aliquid verum (cf. *Jo.* 1,12, 13; *2 Petr.* 1,4) et sub hoc aspectu sua facit eorum verba.

(170) "Wenn nun auch die Bezeichnung der Weisheit als πνεῦμα selbst unmittelbar in der jüdischen Literatur vorbereitet war, und die besondere Hervorhebung desselben in unserem Buche nicht schon auf die Stoiker mit zurückführen

Büchsel non loquitur de dependentia directa, sed de influxu magno philosophiae stoicae in conceptu quem Auctor Sapientiae sibi fingit de πνεύματος in cap. 7,22-8,1 et praesertim quoad characterem metaphysicum hujus πνεύματος: ibi invenit duas notas: corporeitatem πνεύματος (λεπτόν) et intellectualem naturam, realitatem cogitantem in isto πνεύματι (νοερόν) quae notae absunt a tota speculatione veteri-testamentaria et, e contra, sunt characteristicae philosophiae stoicae (171).

Deum esse realitatem materialem, σῶμα, est dogma in philosophia stoica; haec corporeitas vero probatur ex actione Dei in mundo; in hoc enim Stoici differunt a Platone et Aristotele et dependent ab Heraclito, qui ceterum est fons totius physicae stoicae, nempe: concipere non possunt quamdam actionem quae non proveniat a principio materiali. Ita argumentantur: omne quod est, est corpus; at vero Deus existit; ergo est corpus. Si enim esset incorporeus, quomodo agere posset in corpora, quae mundum effingunt? (172). Sed, ut ἔξις et ψυχή, etsi sint certo corpora, tamen distinguuntur ob majorem subtilitatem ab ipsis, sic intelligenda est essentia divina: cum sit mens, νοῦς et λόγος totius κόσμου gaudet materia tenuissima, ad maximum gradum tensa et activa, ut comprehendat vastitatem materiae universi; et ob proprie munus vis cohaesivae mundi vocatur πνεῦμα quod penetrat κόσμον in omnibus suis vel minimis partibus et aliud nomen sibi imponit, prout diverse externe manifestatur: est ἔξις in mineralibus, φύσις in vege-

wollen, so spricht doch mancherlei dafür, das eine Verschmelzung der σοφία mit dem stoischen Begriff der Gottheit, als eines die Welt durchdringenden πνεῦμα, vor sich gegangen ist" (*Die Lehre von Logos*, 195). — De hac quaestione vide optimum articulum L. ALLEVI, *L'ellenismo nel libro della Sapienza*, in *Sc. Catt.* 71 (1943) 337-346.

(171) "Gerade dass die Weisheit denkend und dinglich, intelligibil uns naturhaft gedacht wird, dass auf die Dinglichkeit, die Naturartigkeit soviel Wert gelagt wird, ist bezeichnend. Solche Beschreibung des Geistes wie die: vielteilig, zart, leicht, beweglich, durch all Geister hindurchgehend, sucht man im Alten Testament vergeblich. Aber in der Stoa findet man ihresgleichen sehr bald... Jetzt unter dem Einfluss der Stoischem Metaphysik sucht man sich den Geist in seinem Wesen vorzustellen. Das metaphisiche Denken ist in das Judentum eingedrungen" (*Der Geist Pottes in Neun. Testament*, 76).

(172) PLUTARCH., *De Comm. Not.* 48: οὗτοι τὸν θεὸν ἀρχὴν ὄντα, σῶμα νοερόν καὶ νοῦν ἐν ὕλῃ ποιοῦντες, οὐ καθαρὸν, οὐδὲ ἀπλοῦν, οὐδὲ ἀσύνθετον, ἀλλ' ἐξ ἑτέρου καὶ δι' ἑτέρου ἀποφαίνουσιν.

talibus, ψυχὴ in animalibus, λόγος in homine; est πύρ in sua intima natura, est πρόνοια in pulchritudine mundi, est εἰμαρμένη in ethica, est ὁ θεός in metaphysica: at est semper σῶμα, etsi subtilimum (173).

Quae cum ita sint, ex eo quod πνεῦμα sit materia et simul anima vivens mundi, mundus vero sic animatus sit κόσμος ξωτικός, et insuper haec actio vivificationis sit merus contactus physicus principium activum (τὸ ποιόν) inter et passivum (τὸ πάσκον) consentaneum est Stoicos adhibuisse verba quae hanc suam doctrinam apte explicant: διήκειν, χωροῦν, πληροῦν, διέπειν, διοικεῖν, συνέχειν etc.

Ni fallor, credo haec verba significationem materialem acquisisse praesertim ob usum, hoc sensu, Stoicorum; per se autem non excludunt applicari posse ad subjectum non materiale. Ut rem aliquo exemplo illustrem, συνέχειν, etiam sensu philosophico, significare potest: servare, tueri, defendere ordinem in mundo (174), et de Diis praedicatur quatenus mundum recte apteque administrant. Verbum διήκειν habet quidem sensum "pervadere", sed etiam metaphorice (175), διέπειν potest etiam bene significare "ducere", et ad Deum relatum agentem in mundo: "gubernare" (176), χωροῦν

(173) Cf. CHRYSIPP.: ὁ λόγος τοῦ θεοῦ ὁ μέχρι ἀνθρώπων καὶ τῶν ἐλαχίστων καταβαίνων οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἢ πνεῦμα σωματικόν ORIG., *C. Celsum* V, 7; V. ARNIM II, 310,24s.); αὐτοὶ ἀρχὴν μὲν θεοὶ τῶν πάντων σῶμα ὄντα τὸ καθαρῶτατον διὰ πάντων δὲ διήκειν τὴν πρόνοιαν αὐτοῦ (in HIPPOLYTO, *Philosoph.* 21; DIELS, *Dox.* 581,7; V. ARNIM II, 306, 38s.); φάσι γὰρ σῶμα εἶναι τὸν θεὸν οἱ Στωϊκοὶ καὶ πνεῦμα κατ' οὐσίαν, ὡσπερ ἀμέλει καὶ τὴν ψυχὴν (in CLEM. A., *Strom.* V. 14,699; V. ARNIM II, 307.15s.); cf. etiam V. ARNIM II, 306,33s. et c. 1, paragr. 4: *De corporibus*, 123-127; paragr. 10: πνεῦμα, τόνοσ, ἔξις, 144-151; VII: *De natura Deorum*, paragr. 4: Deum esse corpus, 306-309; V: *De anima hominis*, paragr. 2: argumentis probatur animam esse corpus, 219-241; quae ψυχὴ est etiam πνεῦμα; cf. ZENONEM, in GALENO, *Hist. Philos.* 24 (DIELS, 613,12); πνεῦμα γὰρ εἶναι ταύτην [ψυχὴ] ὑπενόησαν καὶ οὗτα, et in DIOG. LAERT. 157: Ζήνων δὲ ὁ κιτεὺς πνεῦμα ἐνθερμον εἶναι τὴν ψυχὴν (V. ARNIM I, 38,s.)

(174) Cf. XENOPH., *Cyrop.* 8,7: θεοὶ οἱ καὶ τὴν τῶν ὄλων τήνδε τάξιν συνέχουσιν ἀκριβῆ; *Memorab.* 4,3,13: de Deo ὁ τὸν ὄλον κόσμον συντάττων τε καὶ συνέχων (in ore Socratis!); cf. etiam 1,11,17. — Hoc sensu etiam ARISTOTELES dualista: ἡ τῶν ὄλων συνεκτικὴ αἰτία (*De Mundo*), 397b 9); cf. ALLEVI, *L'ellenismo nel libro della Sapienza*, *Sc. Catt.* 71 (1933) 340.

(175) Cf. ARISTOT., *De Mundo*, 396b 29: τὸ πᾶν ἢ μία πάντων διήκουσα δύναμις διεκόμοσε; SOPHOCL., *Oed. C.* 306: τὸ σὸν ὄνομα διήκει πάντας; EURIP., *Hupsipyle*, *fragm.* 34(60)45 (ed. A. S. HUNT, *Tragicorum Praecorum fragmenta papyracea*, Oxford): σῶφρον γὰρ ὄμμα τοῦμόν Ἑλλήνων λόγος πολὺς διήκει; cf. ALLEVI, 339, quoad etiam διοικεῖν.

(176) ARISTOT., *De Mundo*, 399a 18: ὁ τὸ συμπᾶν διέπειν θεός.

admittit etiam sensum pervagandi metaphoricum (177), sensu metaphysico indicat etiam instabilitatem et contingentiam rerum materialium (178).

Identitas ergo litteraria non importat ex se identitatem doctrinalem, ne ex usu quidem eorundem verborum; maxima vero differentia, si critici insistunt in eo quod noster Auctor transsumpsit has expressiones qua tales ex Stoicis, consistit in conceptu quem Sapiens sibi efformat de πνεύματος. Has differentias bene refert Verbecke, quas heic summatim edicere liceat.

Πνεῦμα Stoicorum est idem θεός, est ejus substantia, quatenus, ut vidimus animat mundum, sicut ψυχή animat hominem; πνεῦμα σοφίας est solum quidam aspectus Deitatis, quatenus agit et operatur in mundo: physice in creatione et in conservatione rerum, moraliter et religiose in nobilitate vitae. Stoicorum πνεῦμα totum pervadit mundum et omnis ejus pars possidet quamdam scintillam ejusdem πνεύματος; etiam ψυχή humana, ut vidimus, est pars πνεύματος κόσμου; πνεῦμα vero σοφίας est solum activitas Dei in mundo et animabus; non supprimit omnino proprium πνεῦμα individuum in homine, quod a Deo est creatum. Admittere panentheismum stoicum in Sapientia est confundere πνεῦμα individuale, quod est ψυχή et πνεῦμα σοφίας quae est actio Dei. Πνεῦμα Stoicum est omnino materiale, etsi fingatur subtilissimum; πνεῦμα σοφίας est immateriale, sensu quo transcendit omnem creaturam materialem et ideo supponitur alia natura gaudere. Demum πνεῦμα stoicum remanet solum principium constitutivum physicum et formale κόσμου et cujuscumque entis; non potest minime agere in interiore hominum ad vitam ethice rectam vivendam; hoc vero est unum ex muneribus πνεύματος σοφίας ideo potest dari ut donum hominibus bene dispositis, sed non datur indispositis: quod esset absurdum in philosophia stoica! (179).

Ob absolutam impossibilitatem dependentiae Sapientiae quoad πνεῦμα a philosophia hellenica, recurrendum est ad traditionem biblicam. Bene scribit V. Imschoot, postquam disseruit de πνεῦμα et

(177) HERODOT. 1,122: ἡ φάτις αὐτῆ κεχώρηκε; PLUTARCH., *Rom.* 1: τὸ τῆς Ἑρώμης ὄνομα δόξῃ διὰ πάντων ἀνθρώπων κεχωρηκός; ARISTOPH., *Nub.* 18: οἱ τόκοι χωροῦσιν.

(178) PLAT., *Cratyl.* 402: πάντα χωρεῖ καὶ οὐδέν μένει; (cf. illud HERACLITI: πάντα ῥεῖ!).

(179) Cf. VERBECKE, *L'évolution de la doctrine du pneuma...*, 234-236.

σοφία ante exilium, post exilium duas diversas tendentias, prophetica primam de πνεῦμα ut actione Dei, alteram de σοφία sapientialem eodem sensu, fusas esse in Job, Ecclesiastico et maxime in Sapientia, in qua assimilatio πνεύματος cum σοφία ita progreditur, ut uterque sint eodem jure principium vitale originis divinae(180).

Et revera, quoad σοφίαν intelligi non potest noster Auctor nisi in relatione ad praecedentem speculationem biblicam de σοφία. In libro Job 28,27 s. σοφία ornatur munere cosmico; Deus illam adhibuit tamquam exemplar in creatione rerum visibilium; relate autem ad homines est aliquod donum morale quod identificatur cum timore Domini, idest cum vitae religiosae ratione, juxta praecepta divina; quae ultima idea melius in Baruch 3,9-4,4 enuntiatur: σοφία manifestatur in Lege, qua homines ad vitam pervenire possint, abjicientes autem eam ad mortem. In libro Proverbiorum melius exhibetur munus suum cosmicum: Jahve fundavit terram sua σοφία, sicut coelum erexit ἐν φρονήσει (3,19); ab aeterno possedit eam Deus et eam adhibuit ad hunc mundum fabricandum; ipsa quoque concreavit mundum, quasi architectus et opus visum est illi facile, lusus et delectatio (8,22-31). Activitas non exhauritur in creatione, sed continuatur in conservatione physica et morali hominum, quos amat eosque docet viam ad Deum: in ipsa est vita et favor Dei, abjiciens illam mortem invenit (8,35.36; cf. 1, 20-33): est ergo in Prov. aeterna, omnipotens, φιλόανθρωπος et explicat actionem cosmicam et moralem. Juxta Siracidem σοφία est proprietas Dei ab aeterno (1,4); res creatae ostendunt vestigia σοφίας suae: “Ipse creavit illam in Spiritu Sancto (181), et vidit et dinumeravit, et mensus est. Et

(180) “Après l’exil, le courant de pensée que nous avons appelé populaire et prophétique, se fusionne avec le courant d’origine laïque et aristocratique, et la Sagesse est de plus assimilée à l’esprit; elle devient une Sagesse inspirée, effect de l’esprit divin (Job. Eccli. Sap.), qui fait d’un sage le successeur des prophètes; finalement elle est identifiée à l’esprit de Dieu (Sap.). On découvre le même processus d’assimilation progressive de la Sagesse divine avec l’esprit de Dieu comme puissance par lequel Dieu créa, conserve et gouverne le monde et les hommes, come protectrice d’Israël et comme éducatrice religieuse et morale (Prov. I-IX, Eccli., Sap.). Mais seul le livre de la Sagesse pousse cette assimilation jusqu’à l’identification de la σοφία avec le πνεῦμα et fait de la Sagesse, comme de l’esprit, le principe interne de la vie physique et de la vie morale” (*Sagesse et esprit dans l’Ancien Testament*, in RB. 47 (1938) 46.

(181) Textus originalis non habet “in Spiritu Sancto” et ut glossa rejcienda censetur.

effudit illam super omnia opera sua et super omnem carnem, secundum datum suum et praebuit illam diligentibus se” (1,9-10). Originem habet aeternam (24,9); munus in creatione, exhibetur in 2,4,3: «et sicut nebula (182) texi omnem terram» et in conservatione in 24,5-8, praesertim in ordine morali et in Israel; munus vero morale effertur cum σοφία identificatur cum lege Moysis (21,23).

Quod attinet vero πνεῦμα munus habet cosmicum in Gen. 1,2; Ps. 32 (32) 6; in Ps. 103 (104) 30 hoc munus extendit ad conservationem continuam mundi (cf. etiam 34,14 s; Is. 42, 5; 2,22; 57, 16; Zach. 12,1; Judith 16,17 et in his locis edicitur existentiam uniuicujusque entis pendere a solo πνεύματος Dei; ideo recte in Num. 16 22 et 27, 16 Deus dicitur “Deus spirituum universae carnis”. Maxime in V.T. effertur munus charismaticus τοῦ πνεύματος Dei, tum in iudicibus theocraticis(183), tum in prophetis(184): propheta vero vocabatur “vir spiritus”(185).

Jam ante exilium, sed maxime post exilium πνεῦμα Dei explicat actionem moralem et sanctificatricem in interiore hominum et praesertim tempore messianico erit maxima effusio spiritus ad transformationem non solum Israelis sed et omnis gentis. Jam in Ps. 50 (51) 12,13 haec actio innuitur; et in Ps.142 (143),10, πνεῦμα fit doctor vitae moraliter vivendae, sicut postea in 2 Esd. 9,20 et forsitan in Is. 63,10. Ezechiel praedicit effusionem spiritus ex alto in ossa arida Israelis, quae reviviscent (37,1-14). Spiritus Dei, in Is. 32,15-18; 44,3-4, coll. cum Ez. 36,27; 11,19; 39.29, ita homines transformat, ut digni efficiantur complacentia divina, sanctificans eos, et licet graviter in Deum peccaverit homo, Deus effundet super domum David et habitantes Jerusalem “spiritum gratiae et precum” (Zacc. 12,10), ut se poeniteat homo peccatis suis et ad Deum convertatur. Effectus actionis spiritus usque ad tempora novissima perdurabit (Is. 59,21) et erit praerogativa temporis messianici, quo

(182) “La Sagesse recouvre la terre comme une vapeur ou un bouillard (ὁμίχλη, cf. Gen. XXX, II, 6), symbole d’enveloppement total (cf. Job. XXXVIII, 9) et que le judaïsme postérieur identifiera à la sekinnah “demeure”” (P. C. SPICQ, *L’Ecclésiastique*, in L. PIROT-A. CLAMER, *La S. Bible*, t. VI, 685).

(183) *Judc.* 3,10; 6,34; 11,29; 14,6; 15,14; cf. *1 Reg.* 11,6.

(184) *Num.* 11,25,26; 24,2-3; *1 Reg.* 10,6. 10; 19,20-23; *Mich.* 3,8; *Is.* 48,16; 61,1; *Zacc.* 7,12; *Ez.* 2,2; 3,24; 8,3; 11,1.24; 37,1.

(185) *Os.* 9,7.

etiam Gentes ejus ope ad cognitionem unius veri Dei pervenire poterunt (Is. 44,3-5; Joel 2,28-32) (186).

Ex hoc brevissimo conspectu clarissime apparet Auctorem Sapientiae traditionem biblicam sapientialem et prophetica continuare, cujus, praesertim in 10-19, exhibetur profundus et tenax mediator; quod novi addit est vestis litteraria: lingua abstracta et expressiones philosophicae, quae quidem alium sensum profundum habent in philosophia stoica ac in suo libro, quaeque probant nostrum Auctorem familiarem esse culturae hellenicae et apertum menti philosophicae (187). Quod satis demonstrat Deum, nedum cogitationem humanam, etiam paganam, abjiciat, ex illa e contra seligere expressiones aptas ad mentem suam divinam hominibus proponendam.

P. DALMATIUS COLOMBO

(186) Cf. HEINISCH, *Teologia del Vecchio Testamento*, 128: "Prescindendo dal suo potere di produrre la vita sulla terra, lo spirito di Dio rappresenta soprattutto una grazia di vocazione, che pose alcuni in grado di occupare un ufficio particolare e di prendere un posto di preminenza nella vita politica, culturale e morale: i giudici, i re, gli artefici. Esultarono i giusti nel suo possesso e, nell'età messianica, tutti i membri del nuovo regno divino ne saranno per sempre partecipi. Come tutti gli uomini ricevono la vita fisica mediante lo spirito di Dio, così, per lo stesso tramite, saranno a lui avvicinati ed illuminati, affinché, riconoscendolo sovrano, vivano nell'esercizio delle virtù e nell'amore di Jahwe". De toto argomento cf. etiam P. V. IMSCHOOT, *L'esprit de Jahwé source de vie dans l'A. T.* in RB. 44 (1933) 481-501; Eundem: *L'esprit de Jahwé principe de vie morale dans l'A. T.* in Eph. Th. Lov. 16 (1939) 457-467; Eundem, *L'action de l'esprit de Jahwé dans l'A. T.* in RSph. th. 23 (1934) 553-587; Eundem, *L'esprit de Jahwé et l'alliance nouvelle dans l'A. T.* in Eph. Th. Lov. 13 (1936) 201-220; quoad dependentiam a traditione biblica, cf. P. W. SKEHAN, *Isaiah and the Teaching of the Book of Wisdom*, Cat. Bibl. Q. 2 (1940) 289-299.

(187) Cf. ALLEVI in Sc. Catt. 71 (1943) 347 s.